QK97
.V5
t.1
c.2



Special Book Fund
1906



7 vol.
Entr. 91
J. A. Mongiardini
Md

SVMMA PLANTARVM

QVÆ HACTENVS INNOTVERVNT

METHODO LINNÆANA

PER GENERA ET SPECIES

DIGESTA ILLVSTRATA DESCRIPTA

A FVLGENTIO VITMAN

AB. VALLVMBROS.

IN R. MEDIOL. LYC. PVBL. BOTANICES PROF.

ET PLVR. ACAD. SOC.

TOMVS I.

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN.

MEDIOLANI. MDCCLXXXIX.

TYPIS IMPER. MONAST. S. AMBROSII MAJORIS.
SVPERIORVM PERMISSV.

+QK97
.V5
t.1
c.2

SUMMA PLANTARUM

QUAE HACTENUS INNOTUERUNT

METHODO LINNEANA

PER GENERA ET SPECIES

DIGESTA ILLUSTRATA DESCRIPTA

A FRIDERICO VITMAN

AB. VARELIUSBORG.

IN R. MEDIOL. LYC. PUBL. NOTARIUM REGT.

ET PHYS. ADJUNCT. ORD.

TOMUS I.

MEDIOLANI. MDCCLXXXIX.

Typis Imprt. Monast. S. Ambrosii Maioris.
Superiorum permissu.

PRAEFATIO

LIBRARY
NEW YORK
BOTANICAL
GARDEN.

QUodnam ſit huiuſce operis argumentum; quæve utilitas ex ipſamet inſcriptione ſatis luculenter eruitur: hinc conſilii ratio prorſus ſupervacanea. Fervet paucis ab hinc annis Botanices ſtudium; itinera; Societates; Horti novas plantas in dies proferunt: deficiunt pene novis ſtirpibus nomina. Nec mirum; cum ſtrenui Viri nunc exſtent, qui nec itinerum labore; nec cœli conditione; neve impenſarum onere deterriti, id unum curarunt, ut Hiſtoriam, quam aiunt, naturalem novo cenſu augerent; cum præſertim principum Virorum favore. Teſtes ſint Bancks, qui plurima a fortuna mutuatus præſidia ad laudem, optato ſibi ſocio Solandro, magna ſuſcepit, perfecit: Cook, qui in præruptiſſimis montium, ubi vel caprini gregis veſtigium fruſtra quæſiviſſes, diu eſt commoratus: Thumberg, qui Japoniam europæo pedi antea imperviam, ſemel, ac iterum, plantarum novarum avidus, pauco aſſumpto viatico, fractis viribus perluſtravit: Sonnerat; Mutis; Pallas; Commerſon; Aublet; Dombay, aliique plures magni nominis Viri, quorum inventis Botanices ſtudium multo felicius nunc adolevit.

OCT 18 1906

Hinc admirabilis plantarum novarum fere quotidiana ſupellex, ex diſſitis Orbis partibus advecta.

Opportunum itaque mihi viſum eſt plantarum omnium cenſum renovare; eumque qua revocatis; qua noviter inductis herbis amplificare; & quicquid in hac re fuit detectum, proferre. Sedenim, ut qua decet, ſincera fide agam, plantas ſingulas huc relatas dicere non audebo. Eſſet quidem opus utiliſſimum: at quis tot eſſe ſe viribus glorietur? Res quidem tanta ſuſcipi non poteſt ſine maximis præſidiis; potiſſimum vero ſine nuperorum omnium inventis. Cum in patriam reduces erunt ſummi Viri, qui generoſa quadam alacritate ducti, pridem iter ſuſcepere ad extremas Orbis partes, Beauvoir nimirum in Africam: Billiardiere ad Orientales terras: Blond ad Anthyllas, & Cayanam: Richard in Americam: Le Maſſon ad Promontorium Bonæ Spei (Botanicorum Athenæum): Greber ad Martinicam: De Haye ad Hiſpaniolam inſulam: Hendenſor ad Tartariam Præcopenſem: Geofroy ad Senegam: Badier ad Guadalupiam: La Peyrouſe Orbem cauſſa luſtrandi: Hi, inquam, cum redierint, quicquid novi attulerint, alternis annis in vulgus edam, ſi fata ſiverint. Sufficiat interim huc referre quæ potiſſimum in Vegetabilium ed. 14. deſiderantur, quæque vulgata iam dudum ſunt, plures videlicet ſtirpes, quæ in Historia Helvetica Halleriana; quæ in Scopoli Flora Carniolica; fere omnes Aublet in Flora Guianenſi; Hacquet in nova

alpium Carniolicarum luſtratione, poſt Cl. Scopoli peracta, legere eſt. His cumulavi quæ poſt modo dictam editionem in lucem prodiere. Et quidem primo quæ in Cl. Allioni numquam ſatis commendata Flora Pedemontana, cui, utpote numeris omnibus abſoluta, nulla antefertur; paucæ pares numerantur. Quæ in Heritier *Stirpibus novis*: Scopoli Deliciis Inſubricis: Ludwig Stirpibus cryptogamis. Sonnerat ad Indos itineribus. Quas omnes ſi, fide tantum translatitia, ad proprias ſedes non revocem, dabunt mihi veniam, cum de nonnullis anceps adhuc ſim, an revera ſint novæ ſpecies, an varietates tantum; cumque nihil ſtatuere ſolitus ſim, niſi poſt experimenta iterum, ac ſæpius eadem de re capta. Non inde tamen quis dicere audebit, non ſatis acutam oculorum aciem tantos viros habuiſſe ad minimas plantarum diſſimilitudines noſcendas. Nemo enim ignorat, pro ſoli natura modo contrahi ſtirpes, modo produci: modo minora, & aridiora: maiora modo, & craſſiora eſſe folia, quamvis una, eademque ſit plantæ ſpecies; ut propterea nullum notandum eſſe diſcrimen videatur. Idem ſentiendum de aliis, quas in lucem nondum proditas puto: an novæ ſint incertus hæreo. Tot enim occurrunt ambages, utpote pluribus viciſſitudinibus obnoxiæ, ut iis expediendis, unius vix ſufficeret hominis vita.

At fortaſſe ſunt hæc quidem viliora, quam nonnulli ſibi ſuaſerint. Ne itaque Collectoris tantum

perſonam induere videar, eo potiſſimum ſpectant mea conſilia, ut cum Species, tum Genera, quæ hactenus vel ſolertioris indaginis defectu; vel novarum ſimilium additamentis, manca Botanicis ſunt viſa, nunc rectius definita (Cl. Allioni, & Cyrilli veſtigiis inſiſtendo) tutis, inconcuſſiſque characteribus adpareant; ut omnis perturbationi locus tandem occludatur. Quod ſi Genera, Specieſque omnes examini ſubiicere minus fuit conceſſum, nonnullas emendaſſe iuvabit.

Hoc ut rite peragerem, non parum ſubſidio mihi fuere & Cl. Virorum tum noſtratum, tum exterorum conſuetudo: & illuſtris Halleri Bibliotheca, quæ cum aliis non minoris famæ in hoc Braydenſi Lycæo ex copioſis, ſelectiſque Auctorum Diſciplinis, ſervatur: qua duce comperi, tum Genera, tum Species plurimas in nuperibus editionibus relatas, exteram ſedem agnoſcere; quas ad eam, quæ eis congrueret, an referre deberem, diu anceps fui. Verum enim vero ordinis perturbatio; Botanicorum diſſenſus quò illæ pertineant, nihil innovandum docent. Sed in tanta rerum obſcuritate quid egomet ſentiam, ordine, & loco ſuo, ingenue propono.

At etiam, ut grati animi monumentum præbeam, non parum, ad meum propoſitum adſequendum, profuerunt Cl. Vahl Haphnienſis Anteceſſoris notitiæ, & quaſi lumina ex repetitis itineribus hauſta. Hicce enim Vir rei herbariæ peritiſſimus, ut forte nulli ſecundus, poſt peragratas diverſas Orbis, &

quidem a ſe diſſitas plagas, ex Africa in Europam redux, Londinum ſe contulit, Hortum aridum Linnæi exploraturus. Omnibus inde ſpeciminibus rite perſpectis, nonnulla a communi mente diſtare intellexit. Idem dicendum de Plucknetii potiſſimum Phytologia ob incongruæ Synonimiæ cauſſam. Neque in iis conſtitit tanti Viri ſedulitas. Exemplaribus Forskælianis cum deſcriptione collatis, plurimas plantas ad Floram Ægyptio-Arabicam relatas, iamdiu innotuiſſe comperit.

Quod ſi Specierum definitiones tyronibus ad claram, diſtinctamque illarum notionem concipiendam incertæ adhuc videantur, ut omnis inde erroris ſuſpicio e medio tollatur, cuilibet ſpeciei brevis quidem, & conciſa, ſed tamen apta additur totius plantæ deſcriptio. Notas autem in definitionibus adpoſitas, in plantæ deſcriptione renovandas non duxi, ne fruſtra longus evaderem.

Nomina, quæ audiunt, trivialia religioſe ſervo, utpote Specierum notioni coniuncta; etſi plantæ indolem pluries deſtruant potius quam deſignent.

Utque tandem de Speciei eſſentia ne dubitatione æſtuemus, Auctorum tantum Synonima, qui de Plantarum figuris diſerte egerunt, me retuliſſe gratum fore confido: quorum opera Botanice tantum habet nunc temporis honorem, quantum nullo umquam ſe conſecuturam ſperaſſet; cum ex priſcis herbarum imaginibus divinare potius, quam ſcire videamur, quid illæ ſibi velint.

Extremum moneo. Non ego mei tam audax æſtimator ſum, ut omnium votis ſatisfeciſſe me ſperem. Iter ſum ingreſſus: conficiant alii & viribus, & doctrina præſtantiores.

CLASSIS I.

MONANDRIA.

MONOGYNIA

* *Scitamineæ, inferæ:* fructu loculari, infero.

2. *Renealmia*. Cal. 1-phyll. Cor. 3-fid. nectario oblongo. Bacca carnosa.

3. *Amomum*. Cor. 4-fid. lacinia prima patente (In A. *Zingibere*, & *Zerumbet* limbus cor. 3-fid. seu bilabiatus, lab. super. integro, infer. divisо, intra quem nectar. 3-lob. In A. *Cureuma* limb. cor. 6-fid. nisi tres lacinias internas nectarium pariter nominandas ducas.)

8. *Cureuma*. Cor. 4-part. lab. ovato. Stam. 4. sterilia, 5. fertili.

10. *Thalia*. Cor. 5-pet. undulata. Drupa nucleo 2-locul.

7. *Maranta*. Cor. ringens, 5-6 fid. lab. magno, laciniis 2 alternis, patentibus.

5. *Myrosma*. Cal. duplex, exter. 3-phyll. inter. 3-part. Cor. irregul. 5-part.

9. *Kæmpferia*. Cor. 6-part. laciniis 3 maioribus patulis, unice 2-part. Stigma bilamellatum.

1. *Canna*. Cor. irregul. 6-part. lab. 2-part. revoluto. Filam. 0. Anth. lineares adnatæ margini nectarifero laciniæ superioris.

6. *Alpiniæ*. Cor. ventricosa, 6-fida, lobis lateralibus binis emarginatis.

4. *Costus*. Cor. interior inflata, ringens, lab. infer. 3-fido, lacinia media emarginata.

* *Valeriana rubra*, *Calcitrapa*.

** *Monospermæ*.

11. *Boerhaaviæ*. Cal. 0. cor. 1-pet. campanulata, plicata. Stam. 1-2 Sem. 1, nudum, inferum.

13. *Hippuris*. Cal. & cor. 0. Stigm. simpl. Sem. 1. Fol. verticillata.

Differt ab Equiſeto, articulis digito compreſſis, cum ſtrepitu diſſilientibus.

12. *Salicornia*. Cal. 1-phyll. ventricoſus, integer. Cor. 0. Sem. 1. Habitus plerumque aphyllos. Caulis teres, ſucculentus, ſæpe articulatus.

DIGYNIA.

* *Plantæ.*

14. *Corispermum*. Cal. 0. Petal. 2. Sem. 1, ovale, nudum.

15. *Callitriche*. Cal. 0. Petal. 2. Cap. 2-4 locul. 4-ſperm.

16. *Blitum*. Cal. 3-fid. Cor. 0. Sem. 1 calyc, baccato contentum. Fl. pl. in glomerem collecti. Habitus Chenopodii.

17. *Mniarum*. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 0. ſem. 1.

** *Gramineæ.*

18. *Cinna*. Cal. gluma 2 valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv.

MONOGYNIA.

1. CANNA. Spathæ vix ullæ. Cal. 3-phyll. erectus, coloratus. Cor. irregularis, 6-fida, laciniis tribus interioribus longioribus, quarum una reflexa, reliquæ erectæ. Filamentum oblongum, craſſum. Anth. oblongæ, 2-locul.

Folia integerrima, firma. Sem. oblonga, nigricantia, dura.

1. *indica*. C. fol. ovatis, utrimque acuminatis, nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 2. *tab.* C. 2.
Cannacorus &c. Rumph. *amb.* 5. *tab.* 71. f. 2.
Katu-bala. *Hort. mal.* 11. tab. 43.
Inter tropicos Aſiæ, Africæ, Americæ 4.
Caul. 2-cubital. Fol. ampla, pedem longa, ſemipedem lata, alterna, amplexicaulia, palleſcentia. Cor. coccinea, aut lutea.

2. *anguſtifolia*. C. fol. lanceolatis, petiolatis, nervoſis. *Syſt. Veg.* ed. 14.
Arundo &c. *Moris. hiſt.* 3. S. 8. *tab.* 11. f. 6.
Albara. *Piſ. Bras.* 213. f. *bona*.
Inter tropicos Americæ, locis umbroſis, ſpongioſis 4.
Priore humilior, & anguſtior. Petal. 3 interiora emarginata, ut in priore, quorum alterum laterale ita flectitur, ut intermedium evadat.

3. *glauca*. C. fol. lanceolatis, petiolatis, enerviis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cannacorus &c. *Dill. elth. tab.* 59. f. 69.
In Carolinæ aquoſis ♃.
Caulis ſeſqui-2-cubital. Fol. petiolis ſe invicem amplexantibus, pallidi ra, glauca; media & ſuperiora latiora, & longiora. Fl. cæteris majores, flavi, immaculati.

---

juncea. C. fol. linearibus nervoſis. *Retz. Obſ. faſc.* 1.
In China ♃.
Fol. graminea, baſi vaginantia, nervis 5. elevatioribus, propè radicem fibris capillaribus obtecta, ſpitham-pedal. Scapus vaginis pl. lanceolat. inſtructus, paucifl. Cor. parva, obſcurè rufa. Fructus muricatus.

2. RENEALMIA. Cal. 1-phyll. Cor. 3-fid. nectar. oblongo.

1. *exaltata*. R. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Globba &c. *Rumph. Amb.* 6. *tab.* 62. 63.
In Surinamo ♄.
Arb. recta, 18-ped. ſpadice nutante. Caul. & fol. Cannæ, ſed anguſtiora, & longiora, 2-3 pedal. lanceolata, acumine retuſo, glaberrima, nervis obliquis. Racemus cum bracteis alternis, lanceolat. canaliculatis, nervoſis, glabris, deciduis. Pedunc. in axillis bractearum, ſolitarii, breves, incurvati, depreſſi, pubeſcentes, ſpatha terminati. Spatha 1-phyll. apice dehiſcens ut calyx, in 2-3 lacinias, ut exeant fl. Inter ſpatham hanc adeſt flos, & alia ſpatha 2-fl. ſic ſingulus pedunculus evadit 3-fl. Calyx ſpathis omnino ſimilis, ut eſſet ſpatha, niſi germini inſideret. Fructus in racemo compoſito dependent, fig. & magnitudine fructus Momordicæ Elaterii. Caro craſſa, corticalis, rubicunda, calida, in medio loculum 3-gon. diſſepimentis membranaceis, mollibus, ſuccoſis. Sem. parva, nigra, glaberrima, Amomi Cardamomi ſimillima. *Fruct. conditus gratus incolis Surinami*.

3. AMOMUM. Cor. 4-fid. laciniâ primâ patente. (In A. *Zingibere*, & A. *Zerumbet* limbus cor. 3-fid. s. bilabiat. lab. ſuper. integro; infer. diviſo, intra quem nectar. 3-lob. In A. *Curcuma* limb. cor. 6-fid. niſi 3 lacinias internas nectarium pariter nominandas ducas.)

1. *zingiber*. A. ſcapo nudo: ſpica bracteis inflato-concavis, latioribuſque protuberante: fol. anguſtis.
A. ſcapo nudo, ſpica ovata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jac. hort.* 1. *tab.* 75. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 66. f. 1.
Inſchi. *Hort. mal.* 11. *tab.* 12.
In India orient. & in Jamaica ♃.
Caul. 2-3 ped. Fol. vaginantia, enſiformia, integerr. plana. Scapus pedal. totus vaginis veſtitus. Bracteæ arcte imbricatæ, fl. unicum continentes. Spatha membranacea. Cor. ſordidè flava.

2. *zerumbet*. A. ſcapo nudo: fol. latis: ſpica ſuperficie æquiſſima.
A. ſcapo nudo: ſpica oblonga, obtusa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Comm. Gott.* 1775. *tab* 2. *Jacq. hort.* 3. *tab.* 54. *Ehret. pict. tab.* 14. f. 1. *Mill. Dict. tab.* 25. *Black. tab.* 402.
In India ♃.
Odor aromaticus. Bulbi connati, ſubrotundi. Caul. erecti, 3-6 ped. inferne aphylli, vaginis amplexicaulibus. Fol. alterna, petiolata, elongato-lanceolata, acumin. obſcure lineata, ſubdiſticha, integerr. nitida, ſupra læte virent. ſubtus pallidiora; infima breviora, ſumma anguſtiora, intermedia longiſſima. Scap. aphyll. oblique adſurgens, vertice obtuſo. Spica ovata, dein oblonga, ex ſquamis imbricatis, concavis, poſt efflorescentiam rubens. Spathæ albidæ. Cor. ochroleuca.

3. *cardamomum*. A. ſcapo ſimpliciſſ. breviſſ. bracteis alternis laxis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 385. f. 1. 2. 3. & *tab.* 584-585. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 65. f. 1.
Elettari 2. *Hort. mal.* 11. *tab.* 6.
In Indiæ umbroſis ♃.
Rad. obliqua, nodoſa, tuberculoſa. Caul. rectus, 3-ped. rotundus, inferne rubens. Fol. pedal. tres digitos lata, alterna, apice longo, anguſto, longitudinaliter ſtriata, glabra. Fl. flaccidi, albi, macula lutea intus notati.

4. *granum paradiſi*. A. ſcapo ramoſo, breviſſimo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 385. f. 4.
Elettari. *Hort. mal.* 11. *tab.* 6.
In Madagaſcar, Guinea, Zeylona ♃.
Planta etiamnum obſcura. Fructus rubicundi, ſapore fervido.

5. *curcuma*. A. ſcapo ſpathis laxis, ex centro foliorum. *Syſt. veg. ed.* 14. *Iacq. hort.* 3. *tab.* 4. *Herm. Lugd. tab.* 209. *Black.* tab. 396.
Manjella Kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 11. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 67.
In India ♃.
Rad. tuberoſa pendula, crocea. Petioli 2-4. ped. caulem mentiuntur. Fol. radicalia, plura, 6-pedal. ovalia, lineata, glabra, ſupra læte, ſubtus pallide virentia. Bract. ſpicam efformant ſemipedalem, oblongæ, obtuſæ, albæ, margine purpuraſcente, quarum ſingula continet fl. ternos, odoros. Spathæ membranac. ovatæ, pellucidæ, albæ. Cor. tubo flavo-albente, limbo albo.

6. *mioga*. A. ſcap. breviſſimo: fol. enſiformibus acutis: capſula ovata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Japon. Kæmph. am. exot. faſc.* V. p. 806.
In Japonia.
Rad. fuſiform. fibroſa, aromatica. Caul. ped. & ultra, debilis, totus folior. vaginis decurrentibus rectus. Fol. ſpitham. alterna, vaginantia, patentia, multinervia, glabra. Scap. florifer diſtinctus. Fl. faſciculati, ſeſſiles, ſquamis imbricatis obvoluti. Squamæ alternæ, amplexicaules, albæ. Cor. laciniæ exteriores regulares, albæ; intima cæteris diſſimilis, ovata, obtuſa, valde concava, inferne biaurita, flava. Caps. obtuſa. *Fol. maxime accedit ad A. Zingiber, & Zerumbet: differt ſpica* fl. *radicali, abſque ullo fere ſcapo.*

---

repens. A. *Sonnerat. Voyag.* 2. *tab.* 136.
Elettari. *Hort. mal.* 7. *tab.* 4. 5.
In Malabaria. ♃.
Caul. pl. 8-10 ped. ſimplices. Fol. alterna, lanceol. acumin. 8-15 poll. longa, 2 lata, ſubtus nervoſa, nervo medio albido; lateralibus, obliquis, paralellis. Racemi radicales, ſeſquiped. compoſiti. Fl. albi, lineis purpureis picti.

anguſtifolium. A. *Sonnerat. Voyag.* 2. *tab.* 137.
In Madagaſcar. ♃.
Quoad fol. anguſta, videtur. A. Zingiber, ſed differt fl. ſpica, ſi genuina eſt *Rheedi fig. hort. mal.* 2. *tab.* 12.

4. COSTUS. Cor. interior inflata, ringens, lab. infer. 3-fid.

1. *arabicus*. C. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 394.
In India utraque. ♃
Caul. 1-2 ped. ſuberecti, geniculati. Fol. dilute viridia, nitida. Spica ſtrobili Abietis ſimilis. Spatha ſimplex. Cal. ruber. Cor. alba.
Alpinia *ſpicata*. *Jacq. amer.* 1. *tab.* 1. *edit.* 2. *pict. tab.* 1.
Zingiber &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 105. f. 2. *credo quod ſit ſp. diverſa*.
Fol. oblonga, acumin. baſi adtenuata, alterna, breviter petiolata, integerrima; floralia ſub ſpica plerumq. quaterna. Spica ſolitaria, conica, denſe compacta, e ſpathis imbricatis, coccineis, 1-fl. Cor. flava.

3. MYROSMA. Cal. duplex; exterior 3-phyll. interior 3-part. Cor. irregular. 5-part.

1. *cannæfolia*. M. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Naru-kila. *Hort. mal.* 11. *tab.* 54? *ſed fructus nimis magnus*.
In Surinamo. ♄.
Frutex more Cannae. Rad. horizontal. brevis, apice adſcendens, carnoſa, ovata, leviter compreſſa, ut in Amomo, anulis cincta, tecta vaginis alternis, amplexantibus, adpreſſis, ovatis, latis, fibroſis. Fol. ut in congeneribus ovalia, venoſa, glabra; inferiora petiolis elongatis, dilatatis, radicatis, caulem formantibus: ſuperiora petiolis extra caulem. Petioli verſus inſertionem fol. elevantur in anulum cylindricum. Scapi teretes, ſubpiloſi, terminati articulo, ex quo folium caulinis ſimillimum; & pedunculus vagina petioli involutus. Racemus inſtar amenti Lupuli, imbricatus ſquamis bractearum alternis. Bract. 2-phyll. 2-fl. exterior amplexicaulis, latior, ovata, membranacea; interior brevior, anguſtior, oblonga.

6. ALPINIA. Cor. ventricoſa, 6-fid. lobis 3. patentibus.

1. *racemoſa*. A. fl. racemoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Plum. ic. tab.* 20. Amomum &c. *Rottboel. in Collect. Soc. med. Haun.* II. *tab.* 2.
Zingiber &c. *Sloa. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 105. f. 1.
In Amer. calidiore ♃.
Rad. nodoſa. Caulis breviſſimi. Stolones faſciculum formant intricatum. Fol. Acori, alter-

na, vaginantia, acuminata, subundulata, striata, nervosa. Racemus grandis. Fruct. ovat. striatus, umbilicatus. *Pertinet ad Amomi genus.*

2. *spicata*. A. fl. spicatis. *Syst. veg. ed.* 14.
An Costus Arabicus?

---

multicaulis. A. *Aubl. Guian.* 1.
Paco-serocca &c. Plum. MSS. 5. *tab.* 27. 28.
In Caïenna.
Fruct. parum succulentus. Sem. Cardamomo similia.

7. MARANTA. Cor. ringens, 5-6 fid. laciniis 2 alternis, patentibus.

1. *arundinacea*. M. culmo ramoso. *Syst. veg. ed.* 14. *Mart. cent. tab.* 39.
In America calidiore ♃.
Rad. tuberculata. Caul. 2-ped. subramosus, subcompressus, lævis. Fol. alterna, ovata, glabra, integerr. nitida, fibris paralellis. Rami pauci, subnudi, subdivisi in peduncul. floriferos. Cor. alba.

2. *galanga*. M. culmo simplici; fol. subsessilibus, lanceolatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 63.
In India orientali ♃.
Rad. articulata. Caul. pl. 7-8 ped. nudi, inferne folior. involucris cincti. Fol. alterna, super. semper maiora, glabra, nervo medio. Fl. corymbus vix spitham. Cor. sordide albescens. *Galanga hæc est Offic.*

3. *comosa*. M. coma foliol. reflexis. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Surinamo ♃.
Fol. Cannæ similia, radicalia, petiolata, lævia. Scap. 3-ped. crassitie pennæ cigneæ, teres, lævis. Coma terminalis, foliol. numerosis, confertis, sessilibus, ovatis; inferioribus sensim minoribus. Fl. inter fol. inferiora comæ, sessiles, singulis bracteis bifariis, 3 parium; valvulis superioribus bicarinatis; inferioribus æqualibus Flosc. terni.
Perian. superum, caducum, foliol. 3 lanceolat. petaloidibus, longitudine cor.
Cor. 1-pet. tubus longitudine fere calyc. Limbus 5-part. lacin. 4 lanceolat. quinta 2-fid.
Filam. breve, tubo insidens. Anth. erecta, oblonga.

Pist. Germ. breve: Styl. filiform. clavatus, inferne tubo adnatus: stigm. simpl. anguſtum.
Peric. Capſ. 3-locul.
Sem. plurima.
An novum genus? Certe facies a reliquis aliena.

---

arouma. M. caul. inferne nudo. *Aubl. Guian.* 1.
Bermudiana &c. *Plum. MSS. tab.* 23. 24.
In Caribæis ♃.

tonkat. M. rad. nodoſa. *Aubl. Guian.* 1.
Arundaſtrum. *Ramph. Amb.* 4. *tab.* 7.
In Guiana ♃.

allovia. M. fol. amplis, ovato-rotundatis: ſcapo nudo: capitulo folioſo, variegato. *Aubl. Guian.* 1. *Plum. MSS.* 5. *tab.* 35. f. 5.
Naru Kila. *Hort. mal.* 11. *tab.* 34.
In Guiana ♃.
Rad. tuberculata. Fl. capitati, albi.

humilis. M. culmo ramoſo, fol. breviore: radicibus tuberoſis. *Aubl. Guian.* 1.
In Caïenna ♃.
Rad. tuberculoſa. Fl. albi.

ſpicata. M. fol. ovato-oblong. ſubfalcatis: caul. nudo. Fl. ſpicatis. *Aubl. Guian.* 1.
In Guiana.
Folior. nervi longitudinales uſque ad apicem non perveniunt, & apex eſt inclinatus. Spath. coriaceæ. Fl. albi.

lutea. M. ampliſſimo folio. *Aubl. Guian.* 1.
Bermudiana &c. *Plum. MSS. tab.* 21. 22.
In Guiana.

malacenſis. M. culmo ſimplici: fol. petiolat. ovatis. *Burm. Ind.*
In India.
Culm. erectus, villoſus. Fol. e viridi tomentoſa, lineata, ut in Canna. Fl. 12, alterni.

8. CURCUMA. Stam. 4. ſterilia, 5. fertili.

1. *rotunda.* C. fol. lanceolat-ovatis; nervis lateralibus rariſſimis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Mania-Kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 10.
In India ♃.
Rad. bulboſa, intus flava. Fol. 4-5, radicalia, petiol. longo, ſeſquiped. lata 5-6-pollic. erecta, acuminata, Galangæ ſimillima. Fl. albi, ſubtus rubri.

9. KÆMPFERIA. Cor. 6-part. laciniis 3. majoribus patulis, unica 2-partita. Stigm. bilamellatum.

1. *galanga*. K. fol. subsessilibus ovatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Hort. Cliff. tab.* 3.
Calceolus &c. *Pet. gaz. tab.* 19. f. 2.
Wanbom. *Kæmp. am. tab.* 902.
Sonchorus. *Rumph Amb.* 5. *tab.* 69. f. 2.
Katsjula-Kelengu. *Hort. mal.* 11. *tab.* 41.
In India ♃.
Planta humilis. Rad. obtusa, plerumq. glandiformis, nonnullis minoribus lateralibus mixta, alba. Fol. radicalia, in orbem posita, Curcumæ similia, sed breviora, crassiora, 3-4 pollic. longa, 3 digitos lata, breviter petiolata, mucrone brevi, supra obscure virid. subtus albida, margine undulato, nervosa ut in Plantagine, longitudinaliter striata. Cor. albo-cœruleo-purpurasc.

2. *rotunda*. K. fol. petiolat. lanceolatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 399.
Mal n-kua. *Hort. mal.* 11. *tab.* 9.
In India ♃.
Rad. bulbifera, extus cinerea, intus alba. Caul. cubital. Fl. radicales. Spath. membranacea, alba, 4-5 fl. Cor. ex rubicundo-albo-luteo-purpureoq. col. mixta. Stam. purpur.

10. THALIA. Cor. 5-petal. undulata. Drupa nucleo 2-locul.

1. *geniculata*. T. *Syst. veg. ed.* 14. *Rottbœl. collect. hav.* 2. *tab.* 2.
Cortusa &c. *Plum. gen. ic.* 108. f. 1.
In Amer. meridion ♃.
Rad. tuberosa, nodosa. Caul. plusquam orgyal. superne ramosus. Fol. alterna, vaginantia, ovat-oblonga, nervis transversis parallellis. Spathæ 1-2 fl. Petal. 3. maiora sursum erecta, concava, & quasi lacera: 2. infer. minora, urceolata, & quasi revoluta. Fruct. ovatus, glaber.

11. BOERHAAVIA. Cal. 0. Cor. 1-pet. campanulata, plicata. Stam. 1-2. Sem. 1. nudum, inferum.

1. *erecta*. B. caule erecto: fl. diandris. *Syst. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 5. 6.
B. diandra. *Burm. Ind. tab.* 1. f. 1.
In Vera Cruce ♃.
Caul. debilis, inferne viscosus, atro-purpuras-

adſperſus atomis, ſeu pilis breviſſimis. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, acuta, undulata, margine ſcabra, ſubtus pallidiora, petiol. ſubrubris. Racemi inæquales. Cor. minima, cylindrica, albo-rufeſcens, laciniis acutis, denticulis interiectis. Stam. 2. Stigm. capitatum.

2. *diffuſa*. B. caul. lævi, diffuſo: fol. ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Valerianella &c. *Herm. par. tab.* 237.
Talu-dama *Hort. mal.* 7. *tab.* 56.
In India ♃.
Caul. puſilli. Fol. oppoſita, obtuſa, ſubtus albida. Pedunc. axillar. ſolitar. Fl. capitati, terni, monandri, ſubſeſſil. purpur. Sem. oblong. angulata, villoſa.

3. *hirſuta*. B. caul. diffuſo, pubeſcente: fol. ovatis, repandis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 7.
In Jamaica ♃.
Caul. 1-ſeſquiped. plerumque dichotomus. Fol. oppoſita, petiolata, craſſiuſcula, margine piloſo, ſubtus albida. Pedunculi ſæpe 3-fl. Cor. purpur. Stam. 2. Fruct. ſulcatus, 5-gon. truncatus.

4. *ſcandens*. B. caul. erecto, ramis ſcandentibus: fol. cordatis, acutis: fl. diandris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort. tab.* 4.
Solanum &c. *Pluk. alm. tab.* 226. f. 7.
In Jamaica ♃.
Caul. fruteſcens, 6-ped. ſtrictiſſimus, lævis, ſubtrichotom. Rami alterni. Fol. oppoſita, petiolat. obſolete angulata, glabra, utrimq. concoloria. Pedunc. laterales. Umbellæ 6-fl. Involuc. 5-phyll. Cor. campanulata, plicata, viridi-flaveſcens. Sem. filiform. truncata, apice tuberculata.

5. *repens*. B. caul. repente. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Nubia ♃.
Caul. ſubped. nodoſi, ſucculenti. Fol. oppoſita, magnitudine inæqualia, majora vix ſemipoll. longiora, ſubundulata, ſupra læte virentia, venis purpuraſcentibus picta, ſubtus albida, lanuginoſa. *Variet. omnibus partibus minor.*

6. *anguſtifolia*. B. fol. linearibus acutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Habitat . . . . .

12. SALICORNIA. Cal. ventriculoſus, integer. Cor. 0. Sem. 1. Habitus plerumq. aphyllos.

1. *herbacea*. S. herbacea, patula, articulis apice compreſſis,

emarginato-2 fidis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 303. *Pallas it.* 1. *tab.* A. f. 1. *Black. tab.* 598. *Baſt. ſubſ.* 2. *tab.* 50. *Dod. pempt.* 82.
In Europæ, Virginiæ litoribus maritimis ☉.
Frutex ſæpe cubito altior, erectus. Articuli cylindrici, apice craſſiores. Spica articulata. Fl. terni, adproximati, parvi, lutei.

2. *fruticoſa*. S. caul. erecto, fruticoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Gmel. Sib.* 3. *tab.* 1. f. 1.?
In Europæ maritimis ♄.
Sempervirens, erecta, longeq. ma. a priore videtur diverſa.

3. *virginica*. S. herbacea, erecta, ramis ſimpliciſſimis.
Syſt. veg. ed. 14.
In Virginia.
Planta viridi-cœruleſcenti farina tenui obducta. Rami oppoſiti, terminati ſpica longa, articulata. Diſtinguenda ab herbacea, quæ etiam in Virginia creſcit. In ſpecie quadam Virginiana erat calyx ſquama ovata, cochlearis inſtar concava, erecta. Stam. certe 2. Piſt. ſuperum.

4. *arabica*. S. fol. alternis, vaginalibus, obtuſis, hinc dehiſcentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pallaſ. it.* 1. *tab.* A. f. 3.
Kali &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 5. *tab.* 33. f. 7.
In Arabia ♄.
Facies Tamariſci, vel Anabaſeos. Fruticuli erecti, ſubped. creberrimi, alterne ramoſi. Spicæ terminales, ſub 4, parvulæ, alternæ, toruloſæ.

5. *caſpica*. S. fruticoſa; articulis cylindricis: ſpicis filiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pall. it.* 1. *tab.* A. f. 2.
Kali &c. *Buxb. cent.* 1. *tab.* 11.
In mari Caſpio &c. ♄.
Facies e longinquo Tamariſci. Frutex 2-3 ped. Ramuli tenuiores denſe naſcentes.

6. *foliata*. S. fol. linearibus, alternis, amplexicauli-decurrentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Sibiria ♄.
Frutex ramis ſimplicibus alternis. Fol. carnoſa.

ſtrobilacea. S. *Pall. it.* 1. *tab.* B. f. 1. 2.
Ad mare Caſpium ♄.
Planta e longinquo conſpecta vix ab Anabaſi aphylla diſtinguitur. Rad. paſſim ſoboliferæ.

Caul. ad terram proſtrati, & flexuoſi, ſubped. fruticoſi. Surculi erecti, ramoſi, nodoſi, partim gemmis utrimq. prorumpentibus, partim adultis ſpicis enatis. Spicæ in crucem alternatim oppoſitæ, ſeſſiles, cylindricæ, obtuſæ; maturitate, vel maceratione, ſtrobilorum inſtar, ſquamatim ſolvendæ: in harum qualibet fl. ſub 20.

foliata pallas. S. *Pall. it.* 1. *tab.* C. f. 1. 2.
In paludibus Dauuriæ ♄.
Facies ſqualida, & morboſa: forſan var. S. *arabicæ*. Fruticuli diffuſiuſculi, ſubped. informes, caulibus ramoſiſſimis. Fol. ita alterne poſita, ut 4-fariam a cauliculis pateant. Surculi adultiores, & a Gallis non corrupti, omnibus ramis ſpicas alternas proferunt. Plantæ iuniores, & in ſicciore loco natæ vix folia proferunt.

cruciata. S. pedanculor. articulis cruciatis; caulis vero globoſis. *Forsk. Æg-Arab.*
Alexandriæ ♄.
Caul. procumb. fruticoſus, teres, brunneus: rami conferti, erecti, articulati, virides. Articuli inferiores ſteriles, minores, ſubgloboſi, tuberculati ſextuplici ordine ſquamarum; geniculis pallidis, ſquamatis, arctatis: ſuperiores floriferi majores, tranſverſe cylindrici: fl. ſparſi, nudi ad apicem ſquamarum, quæ ſuccolentæ facile rumpuntur, ſi dilatare velis.

perfoliata. S. fol. carnoſis, urceolat-orbiculatis, caule perfoliatis. *Forsk. Æg-Arab.*
In Arabia.
Frutex diffuſus, pedal. Caul. non articulatus. Spicæ axillar. & terminales, ſeſquipoll. teretes, fl. ternatim poſitis, ut in S. *europæa*. Fol. contigua, in frugiferis orbiculata, verſus peripheriam caule perforata, alterna: in iunioribus non frugiferis vagina craſſa, urceolata; decurrentia.

13. HIPPURIS. Cal. O. Cor. O. Stig. ſimpl. Sem. 1. Fol. verticillata. Differt ab Equiſeto, articulis cum digito compreſſis cum ſtrepitu diffilientibus. *An planta gynandra?*

1. *vulgaris.* H. fol. octonis, ſubulatis. *Syſt. veg. ed. 14. Fl. Dan. tab. 87.*

Limnopeuce. *Vaill. Acad. paris. 1719. tab. 1. f. 3.*
Polygonum fem. *Cam. epit. 649.*
In Europæ fontibus &c. 4.
Caul. erectus, 1-2 ped. articulatus, albidus. Fol. facie Equiseti sylvatici, obtusiuscula, plana, integerr. glabra, læte viridia.

2. *tetraphylla*. H. fol. quaternis, oblongis, obtusis. *Syst. veg. ed. 14. Lin. suppl.*
In Svecia.
Fol. spathulat-ovata.

---

lanceolata. H. fol. lanceolat. inferioribus quaternis, superioribus quinis. *Retz. Obs. fasc. 3. tab. 1.*
In Finlandia.
Facies Elatines Alsinastri.

DIGYNIA.

14. CORISPERMUM. Cal. O. Pet. 2. Sem. 1., ovale, nudum.

1. *hyssopifolium*. C. fl. lateralibus. *Syst. veg. ed.* 14.
Rhagostris &c. *Buxb. cent. 3. tab. 55.*
Monspelii &c. ☉.
Caul. palmar. & ultra, diffusus, villosus, sed non scaber. Fol. Graminea, alterna.

2. *squarrosum*. C. spicis squarrosis *Syst. veg. ed.* 14.
Rhagostris &c. *Buxb. cent.* 3. *tab.* 55. 56.
In Tartaria ☉.
Caul. dodrant. angulatus, striatus. Fol. arundinacea, rigida, striata, incana. Sem. duplici aculeo.

15. CALLITRICHE. Cal. O. Pet. 2. Caps. 2-4 locul. 4-sperm.

1. *verna*. C. fol. imis linearibus, superioribus subrotundis.
C. fol. superioribus ovalibus fl. androgynis. *Syst. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 129.
In Europæ fossis aquosis ☉.
Hæc major est, etiam pedal. Fol. opposita, integerrima, vel 2-fida, solitaria, flaccida, glabra, læte virent. Superiora in aquæ superficie in rosulas congesta. Fl. terminales, albido-virent.

2. *autumnalis*. C. fol. omnibus linearibus.
C. fol. omnibus linearibus apice 2-fid. fl. hermaphrodit. *Syst. veg. ed.* 14. *Gmel. Sib.* 3. *tab.* 1. f. 2.
Lenticula &c. *Loes. pruss. tab.* 38.
In Europæ fossis aquosis ☉.

Fol. pallide virentia; quæ in rosulis paulo latiora, sed non subrotunda, ut in priore.

16. BLITUM. Cal. 3-fid. Cor. 0. Sem. 1, calyce baccato. Fl. pl. in glomerem colliguntur. Habitus Chenopodii.

1. *capitatum*. B. capitellis spicatis, terminalibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Knorr. del. hort.* 1. *tab.* E. 3.
Atriplex &c. *Moris. hist.* 3. *s.* 5. *tab.* 32. f. 11.
In Helvetia, Rhætia, Tyrolo &c. ☉.
Caul. pedal. simplex. Fol. longe petiolat. hastata, semitriloba, quandoque integra, dentata. Globuli florales, sessil. coccinei.

2. *virgatum*. B. capitellis sparsis, lateralibus. *Syst. veg. ed.* 14.
Atriplex &c. *Morif. hist.* 3. *s.* 5. *tab.* 32. f. 2.
In Hispania, Gallia Narbonensi &c. ☉
Caul. subped. ramosi, angulati. Fol. angulata. Globuli maturi rubri. *Var. fol. lanceolat. integerrim.* B. *Chenopodioid. Syst. veg. ed.* 13. *est var. monstrosa huius.*

17. MNIARUM. Cal. 4-part. superus. Cor. 0. Sem. 1.

1. *biflorum*. M. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Forst. gen.*
In nova Zeelandia.
Facies Minuartiæ. Planta dichotoma, glaberrima, undique vestita fol. adproximatis, connatis, acerosis. Fl. terminales, bini, subsessil. fol. fere breviores.

18. CINNA. Calyc. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv. Sem. 1.

1. *arundinacea*. C. *Syst. veg. ed.* 14.
In Canada.
Gramen magnitudine Avenæ. Culmi plurimi, glabri. Fol. latiuscula, glabra, margine scabra. Panicula oblonga, attenuata, secunda, compressiuscula.

NOVA GENERA

QUALEA.

Cal. Periant. 1-phyll., profunde 4-partitum, lacin. ovatis, concavis, coriaceis, inæqualibus, lateralibus ma:
Cor. 2-pet. Petalis ungue cal. fundo insertis,

ſuperiore lato, ſubrotundo, erecto, emarginato, extus albo, intus carneo, baſi deſinente in nectarium corniculatum, obtuſum, intra cal. lacinias ſuperiores prominens; inferiore luteo, verſus unguem albo, longiore, ampliore, expanſo, reflexo.

Stam. Filam. 1. incurvum, baſi germinis inſertum: anth. oblonga, incurva, 2-locul.

Piſt. Germ. orbiculatum. Stylus longus, incurvus: Stigma obtuſum.

Sem. Plurima, in pulpa nidulantia.

1. *Roſea*. Q. fl. amplis, carneis.
Aub. Guian. tab. 1.
In Caribæis ♄.
Arb. 60-pedal. in apice rami pl. nodoſi, latè, & undique ſparſi: ramuli oppoſiti. Fol. oppoſita, ovata, acuta, obtuſa, rigida, glabra, pallide virentia, nervo longitudinali ſubtus prominente, & nervis lateralibus innumeris parallellis inſignita. Stipulæ binæ, laterales ad baſin petioli, deciduæ. Fl. terminales, paniculati. Bracteæ binæ, exiguæ, deciduæ ad baſin ramulorum. Fl. expanſi odorem ſuavem ſpirant.

2. *Cærulea*. Q. fl. parvis.
Aub. Guian. tab. 2.
In Caribæis ♄.
Arb. 60-80. pedal. rami, & ramuli ut in priore. Fol. oppoſita, vel ſuboppoſita, petiolata, acuta, obtuſa, integerrima, glabra, ſubviridia, nervo longitudinali ſubtus prominente, & nervulis paralellis, ſimplicibus, lateralibus inſignita. Stipulæ binæ, laterales ad petiolorum baſin, deciduæ. Fl. terminales, paniculati. Cal. intus villoſus, cinereus. Pet. duo oppoſita; ſuper. erectum, ſubrotundum, emarginatum, extus cinereum, intus ſubcœruleum; infer. majus, latius, & profundius emarginatum, reflexum, violaceum, verſus unguem luteum, nigris maculis notatum.

CLASSIS II.

DIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. inferi, monopetali, regulares.*

23. *Olea.* Cor. 4-fid. tubo brevi, lacin. ſubovatis. Styl. 2-fid. Drupa 1-ſperm.
24. *Chionanthus.* Cor. 4-fid. lacin. longiſſim. Drupæ nucleus ſtriatus.
22. *Phylliræa.* Cal. 4-dent. Cor. rotata, 4-fid. Bacca 1-ſperm.
21. *Liguſtrum.* Cor. infundibulifor. 4-fid. Bacca 4-ſperm.
25. *Syringa.* Cor. infundibulif. 4-fid. laciniis linearibus. Capſ. 2-locul. 2-valv. 2 ſperm.
27. *Eranthemum.* Cor. 5-fid. tubo filiform. lacin. obovatis, planis. Anth. extra tubum. Stig. ſimpl. Caſp.
20. *Iaſminum.* Cal. tubuloſus, 5-dent. Cor. infundibulifor. 5-fid. Anth. extra tubum. Bacca 2-cocca. Sem. arillata.
19. *Nyctanthes.* Cal. 8-10-12-fid. Cor. 8-fid. Bacca 2-cocca.

** *Fl. inferi, monopet. irregulares. Fruct. capſular.*

30. *Pæderota.* Cal. 5-part. Cor. 4-fid. Cap. 2-locul.
29. *Veronica.* Cal. 4-fid. Cor. rotata, 4-par. lacinia infima anguſtiore. Caps. 2-locul. Sem. 2.
33. *Gratiola.* Cal. 7-phyll. foliol. 2. exterioribus patulis. Cor. tubuloſa, 2-lab. galea emarginata; barba 3 fid. Stam. 2 tantum fertilia. Caps. 2-valv. 2-locul. polyſper.
34. *Schwenkia.* Cor. ſubæqual. fauce plicata, glanduloſa. Stam. 3. ſterilia. Capſ. 2-locul. polyſper.
31. *Juſticia.* Cor. ringens. Stam. anthera ungue ſingulari. Caps. 2-locul. ungue elaſtico diſſiliens.
32. *Dianthera.* Differt a Juſticia, quod ſtamen ſingulum duabus anth. alternis ſit præditum.
35. *Calceolaria.* Cal. 4-part. æqualis. Cor. ringens, inflata. Caps. 2-locul. 4-valv.
36. *Pinguicula.* Cal. 2-lab. 5-fid. Cor. tubuloſo-ventricoſa, calcarata, patens: lab. ſuper. 2-fid. infer. 3-fid.

3-fid. Stam. b furca. Capſ. 2-valv. 1-locular. polyſper.

37. *Utricularia*. Cal. 2-phyll. æqual. Cor. ringens, calcarata. Caſp. 2-valvis, 1-locul. polyſper.

38. *Wulfenia*. Cor. ringens, calcarata, ſemihians, ad faucem barbata.

* *Bignonia Catalpa*.

*** *Fl. inferi, monopet. irregular. Fructus gymnoſpermi.*

39. *Verbena*. Cal. lacinia ſuprema breviore. Cor. infundibuliformis. ſubæqual. curva. Stam. 2-4, Sem. 2-4, nuda.

40. *Lycopus*. Cor. ſubæqual. 4-fid. lacinia unica emarginata. Stam. diſtantia. Sem. 4, retuſa.

41. *Amethyſtea*. Cal. ſubcampanulat. Cor. 5-fid. ſubæqual. lacin. infima patentiore, concava.

43. *Ziziphora*. Cal. filiform. Cor. ringens, galea reflexa, integra. Sem. 4.

44. *Monarda*. Cor. ringens, galea lineari, obvolvente genitalia.

45. *Roſmarinus*. *Anth. arctiſſime coniunctæ, ut unicam antheram componere videantur filamentis liberis*. Cor. ringens: lab. ſuper. longum, reflexum, emarginatum: infer. 3-fid. lacinia media maiore, oblonga, in ambitu crenata, profunde emarginata, baſi anguſta; laciniis lateralibus ovatis, obtuſis, marginibus reflexis. Galea a lab. inferiore recta divergit.

46. *Salvia* Cor. ringens. Stam. bifurcata, pedicello nimirum, ſive filamento cor. inſerto tranſverſe imponitur filamentum antheriferum.

42. *Cunila*. Cor. ringens; galea erecta, plana. Filam. 4. duo caſtrata. Sem. 4.

47. *Collinſonia*. Cor. ſubringens; lab. inferiore capillari, multifido. Sem. 1.

**** *Fl. inferi, tetrapetali.*

50. *Thouinia*. Cal. 4-part. Cor. infera, 4-petala. Anth. ſeſſiles.

***** *Fl. inferi, pentapetali.*

26. *Dialium*. Cal. 0. Cor. 5-petal. Stam. ad latus ſuperius.

****** *Fl. ſuperi.*

48. *Morina*. Cal. floris 2-fid. cal. fructus dentato-ariſtatus. Sem. 1, ſub cal. floris.

28. *Circæa*. Cal. 2-phyll. ſuperus. Petal. 2, obcordata. Fruct. 2-locul. 2-ſperm.

49. *Globba*. Cal. ſuperus, 3-fid. Cor. æqual. 3-fida. Caps. 3-locul. Sem. plurima.

51. *Anciſtrum*. Cal. 4-ariſtatus, ariſtis terminatis glochidibus cruciatis. Cor. 4-fid. Stigm. penicillatum.
* *Valeriana cornucopiæ*.
Boerhaavia diandra; *ſcandens*: *erecta*.

DIGYNIA.

52. *Antho-xanthum*. Calyc. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv. acuminata. Sem. 1. *Avenæ proximum eſt, ſed duobus tantum ſtaminibus a reliquis Graminum generibus differt.*

TRIGYNIA.

53. *Piper*. Cal. 0. Cor. 0 Bacca 1-ſperma.

MONOGYNIA.

19. NYCTANTHES. Cal. 8-10-12 fid. Cor. 8-fida. Peric. dicoccum.

1. *arbor triſtis*. N. caule 4 gono: fol. ovatis, acuminatis: pericarpiis membranaceis, compreſſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mant. Zann. tab.* 15.
Mania-pumeran. *Hort. mal.* 1. *tab.* 21.
Scabrita ſcabra. *Lin. monente Vahl.*
In India. ♄.
Arbor grandis, denſis, & opacis frondibus late ſparſis, diametro unius brachii. Rami noduloſi, cortice ſpadiceo. Fol. oppoſita, breviter petiolata, craſſa, aſpera, e viridi fuſca, nitida, ſubtus dilutiora. Pedunc. ex ſingula ala ramoſi. Fl. in ſingulis pedicellis 5, albi, odore mellis. Fruct. rotundo-plani, virides, ſicci capſulares.

2. *ſambac*. N. fol. inferioribus cordatis, obtuſis; ſuperioribus ovatis, acutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Jaſminum &c. *Burm. Zeyl. tab.* 58. f. 2. *Till. pis. tab.* 31. *Clus. cur. tab.* 3.
Flos manoræ. *Rumph. Amb.* 5. *tab.* 30.
In India. ♄.
Caul. fruticoſus. Fol. alterna, vel oppoſita, ſæpius terna, breviter petiolata. Fl. corymboſi.
Petala alba, odora. *Var. fl. pleno*.

3. *undulata*. N. fol. ovatis, acuminatis, undulatis: ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Tſieregam-mulla. *Hort. mal. 6. tab. 55.*
In Malaburia. ♄.
Caul. orgyalis: rami late ſparſi. Fol. oppoſita, e viridi-nitentia. Fl. terni-quinati. Petal. 6-7-8. albida, odora.

4. *hirſuta.* N. petiolis, pedunculiſque villoſis, *Syſt. veg. ed.* 14.
Kava-pon. *Hort. mal.* 4. *tab.* 48.
In India. ♄.
Arb. procera: ramuli atro-purp. Fol. decuſſatim oppoſita, petiolis rufis, obl-rotunda, acuminata, craſſa, nitida, ſupra atro-viridia, ſubtus ſubviridia. Pedunc. rufi. Fl. congeſti, candidi, odore Tuberoſæ. Fructus virides.

5. *anguſtifolia.* N. fol. lanceolatis, ovatiſq. obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Kara-pitſiequam mulla. *Hort. mal. 6. tab.* 53.
In Malabariæ arenoſis. ♄.
Surculi fuſceſcentes. Fol. obſcuro virore nitentia. Pet. 7-11. longa, acumin. cæteris ſpeciebus anguſtiora, candida, ore rufeſcente, odora.

6. *elongata.* N. fol. cordatis, lanceol. acutis, elongatis, minoribuſq. ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Berg. Act. Angl. an. 1772. *tab.* 11.
In India Orientali. ♄.
Fol. infer. cordato-ovata. Fl. terminales, 5-6. ſubumbellati. Cal. minimus, lacin. ſubulatis, piloſis. Cor. tubus ſuperne incraſſatus.

7. *glauca.* N. glauca: caule tereti: fol. lanceol. acutis, trinerviis: pedunculis 3-fidis. *Syſt veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Ad cap. b. Spei. ♄.
Frutex ramis oppoſitis. Fol. oppoſita, petiolata. Fl. Jaſmini Officin. maiores.

---

triflora. N. fol. alternis; ramulorum oppoſitis, ovatis: pedunculis terminalibus ternis: pedicellis 1-fl. *Burm. Ind. tab.* 2.
In Iava. ♄.
Caul. fruticoſus, teres, glaber, ramis oppoſitis, divergentibus. Fol. ſubpetiol. lanceol-ovata, integerrima, glabra, ſubtus fuſca. Cal. 6-fid. ſegmentis breviſſ. linearibus. Cor. longitudine pedicellorum.

multiflora. N. pedunc. terminalibus multifloris: fol. ovatis. *Burm. Ind. tab.* 3. f. 1.
In China, & Malabaria ♄.
Caul. erectus, fruticosus, ramosus, teres, pubescens. Fol. opposita, petiolata, integerrima, glabra. Fl. capitati.

acuminata. N. fol. lanceol-acuminatis: pedunc. bigeminis, 2-fl. *Burm. Ind. & Zeyl. tab.* 59.

20. JASMINUM. Cal. tubulosus, 5-dent. Cor. infundibulifor. tubulosa, 5-fida. Antheræ intra tubum. Bacca dicocca. Sem. arillata.

1. *officinale*. J. fol. oppositis; foliolis distinctis. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 13. *Du Hamel.* 1. *tab.* 122. *Lob.* ic. 106.
In India; nunc Europæ planta indigena. ♄.
Caul. 6-pedal. infirmus. Fol. subseptena, ovato-argute lanceol.; impari ma. lanceol. Cor. alba, odora.

2. *grandiflorum*. J. fol. oppositis, pinnatis; foliolis extimis confluentibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Merian. Surin. tab.* 46.
In Malabaria ♄.
Simile priori, sed caul. rectus, nec scandens. Foliola cauli propiora, magis ovata, nec minora; extima 3. confluentia ex petiolo dilatato. Cor. ma. subtus rubra.

3. *azoricum*. J. fol. oppositis, ternatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Comm. hort.* 1. *tab.* 82.
J. sylv. *Burm. Zeyl. tab.* 58. f. 1.
J. album. ec. *Pluk. Alm. tab.* 393. f. 1. *phyt. tab.* 423. f. 6.
In India ♄.
Fol. longe petiol. obl-acuminata, obscuro virore nitentia, I. offic. productiora, & latiora. Fl. terminales longe pedunculati, albi, odore Lilii convallium.
Var. foliolo impari (maiore) cordato.

4. *fruticans*. J. fol. alternis, ternatis, simplicibusq. ramis angulatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Hort. Angl. tab.* 6.
Trifolium fruticans. *Dod. pempt.*
In Oriente, & Europa australi. ♄.
Virgulæ 2-cubital. & ultra. Lineæ 2. elevatæ ad basin petiolorum decurrunt in caulem. Fol. impar maius. Cal. profunde 5-fidus. Cor. lutea.

5. *humile*. J. fol. alternis, acutiuſculis, ternatis, pinnatiſq. ramis angulatis *Syſt. veg. ed.* 14 *Knorr. del. Hort.* 1. *tab.* 1. *Besl. eyſt. æſt. tab.* 45. f. 2.
Habitat . . . ♄.
Frutex humilis. Fol. lateralia ovata, impari duplo ma. ovato-acumin. Cal. vix 5-fidus. Cor. lutea.

6. *odoratiſſimum*. J. fol. alternis, obtuſis, ternatis, pinnatiſq. ramis teretibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burr. it.* 62.
In India ♄.
Frutex ramis rubicundis. Foliola ovata, vix acuminata, glabra. Fl. flavi, odori.

---

oblongum. J. fol. oppoſitis, ſimplicibus; pedunculis alternis, axillaribus, 1-fl. *Burm. Ind. tab.* 3. f. 2.
In Iava ♄.
Rami ſimpl. teretes. Fol. petiolata, ovalia cum acumine, integerrima, glabra. Fl. lutei, minus quam in J. *odoratiſſimo*.

21. LIGUSTRUM. Cor. infundibuliform. 4-fida. Bacca 4-ſperma.

1. *vulgare*. L. fol. lanceolatis, acutis; paniculæ pedicellis oppoſitis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Matth.*
a. fol. deciduis.
b. italicum, fol. ſempervirentibus.
Black 2. *tab.* 142.
In Europæ collibus ad ſepes ♄.
Arbuſcula 6-pedalis. Fol. breviter petiol ovata, craſſa, nitida, ſature virentia. Racemi conici, Fl. albi, graveolentes. Bacca ovata, nigra, pulpoſa. *Var. fol. ternis*; *auratis*; *fructu albo*.

2. *latifolium*. L. fol. ovatis, acuminatis: panicula decompoſita, trichotoma. *Syſt. veg. ed.* 14.
Thumb. Jap. tab. 1.
In Japonia ♄.
Frutex ſeſquiorgyal. Rami oppoſiti, teretiuſculi, erecto-patentes, rugoſi, cinerei. Ramuli virgati. Fol. ſeſquipollicem longa, pollic. lata, oppoſita, petiolata, integerr. patenti-erecta, ſupra viridia, ſulco medio exarata, ſubtus pallida, nervo medio donata, glabra. Petioli unguiculares. Fl. terminales, paniculati. Bracteæ ſub ſingula dichotomia binæ. Cor. laciniæ ovatæ, reflexæ. Bacca magnitudine Piſi, ovata, glabra.

22. PHILLYREA. Cal. 4-dent. Cor. rotata, 4-fid. Bacca 1-ſperm.

1. *media*. P. fol. ovato-lanc. ſubintegerrimis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Matth.* P. III. *Cluſ. hiſt.* 52.
In Europæ collibus auſtralibus ♄.

2. *anguſtifolia*. P. fol. lineari-lanceol. integerrimis. *Syſt. veg. ed.* 14. P. IV., & V. *Cluſ. hiſt.*
In Italia, & Hiſpania ♄.
Var. fol. linearibus.

3. *latifolia*. P. fol. ovato-cordatis, ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Cluſ. hiſt.* 51.
In Europa auſtrali ♄.

23. OLEA. Cor. 4-fida, tubo brevi, lacin. ſubovatis. Drupa 1-ſperma. Stylus 2-fid.

1. *europæa*. O. fol. lanceolatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 199.
Oliva *Matth.*
b. *Sylveſtris*. *Black. tab.* 213.
In Europa Auſtrali ♄.
Arb. ſempervirens. Fol. oppoſita, integerr. ſuprà viridia, ſubtus albida. Fl. ſubalbidi.

2. *capenſis*. O. fol. ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Liguſtrum &c. *Dill. Elth. tab.* 170. f. 194.
Ad cap. b. Spei ♄.
Arbuſcula parum ramoſa, cortice ex fuſco-nigricante, ſubhirſuto, punctis cinereis variegato. Fol. oppoſita, petiolata, 2-pollicar. craſſa, ſubtus pallidiora. Cymæ trichotomæ. Cor. alba, odore Liguſtri.

3. *americana*. O. fol. lanceolato-ellipticis.
Syſt. veg. ed. 14. *Cateſ.* 1. *tab.* 61.
In Carolina ♄.
Arb. 16-pedal. Fol. oppoſita, petiolata, integerr. nitida, ſature viridia, ſempervirentia. Racemi axill. breves, brachiati, pedicellis oppoſitis. Cor. alba, laciniis revolutis. Drupa ſpecioſa, globoſa, lævis, violacea. Nux obovata, ſubſtriata, baſi perforata.

4. *fragrans*. O. fol. lanceol. ſerratis: pedunculis lateralibus aggregatis, 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 2.
Mokſei *Kæmp. am. faſc.* V. p. 844.
In Japonia ♄.
Arb. vaſta. Rami, & ramuli trichotomi, obſolete 4-goni, glabri. Fol. digitalia, decuſſata,

petiolata, margine subreflexo, paralello-nervosa, reticulata, glabra, supra saturе viridia, subtus pallidiora; in ramulis frequentia. Petioli semiunguicul. Fl. in ramulis umbellato-aggregati, 6-8. pedunculati. Cor. flavo-alba.

24. CHIONANTHUS. Cor. 4-fida, lacin. longissimis. Drupæ nucleus striatus.

1. *virginica*. C. pedunc. 3-fidis, 3-fl.
Syst. veg. ed. 14.
Amelanchier &c. *Catesb.* 1. *tab.* 68.
In America septentrionali ♄.
Frutex 6-10. pedal. Fol. Limonio similia, dilute viridia. Fl. racemosi, pedunculati. Cor. alba. Drupa purpurascens. *Var. cor.* 4-5-6. *fida*, & *staminibus* 24.

2. *zeylanica*. C. pedunc. paniculatis, multifloris. *Syst. veg. ed.* 14.
Arbuscula &c. *Pluk. alm. tab.* 241. f. 4.
In Zeylona ♄.
Arb. fol. oppositis, subpetiol. obverse ovatis, integerrimis, glabris. Panicula axillar. pedunculis subdivisis. Fl. albi.
Ad hoc genus spectat Mayapea guianensis. Aubl. Guian. tab. 31.

25. SYRINGA. C. infundibulif. 4-fid. Capsf. 2-valv. 2-locul. 2-sperma.

1. *vulgaris*. S. fol. ovato-cordatis, integris. *Syst. veg. ed.* 14.
Knorr. del. hort. 2. *tab.* S. 11.
Lilac. *Duham. arb.* 2. *tab.* 138.
In Persia, & collibus Italicis &c. ♄.
Arb. 10-ped. Fol. opposita, longe petiolat. læte virent. nitida, glabra. Fl. thyrsoidei. Cor. alba, purpuro-cœrul. vel saturе purpur.

2. *persica*. S. fol. lanceolatis, integris. *Syst. veg. ed.* 14. *Mill. dict. tab.* 164. f. 1. *Munting. tab.* 57. *Pluk. alm. tab.* 227. f. 8.
b. S. *laciniata*. *An spec. diversa?*
In Persia ♄.
Frutex 3-4. cubital. cortice fusco-rubente. Fl. laxe racemosi, minores quam in priore, dilute purpurasc. odore suaviore.

3. *suspensa*. S. fol. ovatis, serratis, ternatisque. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 3.
In Japonia ♄.
Caul. fruticosus, flexuosus, adscendens, dein dependens, parum ramosus, sub 4-gon. tu-

berculis parvis, ſparſis muricatus. Rami oppoſiti, remoti, divaricati. Fol. e gemma plura, unguicular. petiolata; prima ſimpliciter ovata, acuta, tenuia, glabra, ſub floreſcentia erumpentia, dein ternata. Petioli longitudine fol. Fl. e gemmis oppoſitis, 1-2-3., pedunculati, flavi, peduncul. unguicularibus rugoſis.

Differt a congeneribus calyc. profundius inciſo; cor. campaniſor. nec infundibulif.

26. DIALIUM. Cor. 5-pet. Cal. o. Stam. ad latus ſuperius.

1. *indum*. Dialium. *Syſt. veg. ed.* 14.

Cortex &c. *Rumph. amb.* 3. *tab.* 137. *Sed mei fol. non ſerrata.*

In India ♄.

Arb. Fol. alterna, pinnata, foliolis 7. ovato-obl. acuminatis, breviter petiolat. integerrimis, lævibus, palmaribus. Fl. paniculati, nutantes, rubelli.

27. ERANTHEMUM. Cor. 5-fida, tubo filiformi. Anth. extra tubum. Stigma ſimplex.

1. *capenſe*. E. fol. lanceolato-ovatis, petiolatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Æthiopia.

Habitus Chironiæ. Caulic. articulati. Fol. ſæpe oppoſita, craſſiuſcula, glauca. Fl. terminales, ſubumbellati, punicei.

2. *anguſtifolium*. E. fol. linearibus, remotis, patulis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Thymelæa &c. Burm. Afr. *tab.* 47. f. 3. Pluck. mant. *tab.* 445. f. 6.

In Æthiopia ♄.

Frutex erectus, ramoſus. Fol. infer. conferta, ſeſſilia, glabra, viridia. Racemi terminal. ſimpl. erecti, longiſſ. purpuraſc. Fl. minimi. Cor. tubo longiſſ. filiformi; limbo parvo, 5-part. obtuſo.

3. *parvifolium*. E. fol. ovato-linearibus imbricatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Frutex &c. *Comm. Hort.* 2. *tab.* 60.

Ad Cap. b. Spei ♄.

Frutex. Fol. brevia, ſeſſilia, carinata, glabra. Spicæ cylindricæ, bract. ovatis, pallidis. Cor. ſubregul. alba, lacin. obtuſis, planis, una paulo latiore, 2-fida.

4. *ſalſoloides*. E. fruticoſum, fol. linearibus, teretiuſculis,

carnoſis, glaberrimis: racemis axillaribus, calycibuſque pubeſcentibus; tubo recurvo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Barrancas circa oppidum s. Crux.

Frutex fol. ſimillimus Salſolæ.

Nelipu. *Rheed. mal.* 9. *tab.* 70.
Scap. ſemiped. erect. ramoſus. Fl. terminal. pauci, ſubſeſſil. Cor. cærulea.

9. *ſtellaris.* U. verticillo utriculario bractearum ciliari. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
U. *inflexa. Forskal. Æg. monente Vahl.*
In Indiæ aquoſis.
Radices abſque utriculis. Scap. digital. filiform. apice ramoſus. Folliculi verticillati 4-6. ſeſſil. ovati, ciliati, 2-locul. in medio ſcapi. Cor. deſtituta nectario: lab. infer. ſaccato.

38. WULFENIA. Cor. ringens, ecalcarata, ſemihians, ad faucem barbata.

1. *carinthiaca.* W. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. miſc. auſt.* 2. *tab.* 8. f. 1.
Caul. pl. remoti, flavo-fuſceſcent. Scap. 1-2.

ſpithameus, teres, viridis, villoſus, tandem nudus. Folior. loco ſquamulæ foliaceæ, remote ſparſæ, ſeſſil. lanceol. Fl. ſpica terminalis, 2-3 pollic. ſecunda, & veluti diſticha. Fl. breviter pedunculati, bracteis ex virore fuſcescentibus, ſicuti cal. Petalum cœrul. barba lab. infer. denſa, criſpa, nivea. Fol. tandem radicalia multa, magna, craſſa, oblong-oval., obtuſa, crenata, in petiolum decurrentia, ſature virid. glaberrima, nitida, ſupra veluti canaliculata, & rubra.

39. VERBENA. Cor. infundibul. ſubæqual. curva. Cal. unico dente truncato. Stam. 2-4. Sem. 2-4. nuda.

1. *orubica*. V. diandra; ſpicis longiſſimis, foliolis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. alm. tab.* 228. f. 4. & 327. f. 7. Sherard a &c. *Ehret pict. tab.* 5. f. 1.
In Oruba inſula Amer. ſeptentrionalis.
Caul. 3-pedal. lignoſus. Fol. ovata, acuta, ſerrata, ſenſim in petiolum deſinentia. Spica ſeſquiped. foliis integris. Cor. 2-fida, violac. cum macula nigra.

2. *indica*. V. diandra; ſpicis longiſſ. carnoſis, nudis: fol. lanceol-ovat. oblique dentatis: caul. lævi. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 4. *tab.* 86.
In Zeilona ☉.
Differt a ſeq. caulibus, ramiſque glabris: fol. anguſtioribus, vere lanceol. utrimq. attenuatis. Spica eadem, ſed cor. purpur. Caul. viridis. Fol. undulata, minime ciliata.

3. *jamaicenſis*. V. diandra; ſpicis longiſſ. carnoſis, nudis: fol. ſpathul-ovatis, ſerratis: caule hirto. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 4. *tab.* 85. *Sloan. Jam. tab.* 107. f. 1.
In Jamaica, & Caribæis.
Caul. 3-4. ped. diffuſus, valde ramoſus, purpur. Fol. ſenſim in petiol. attenuata, glabra, baſi ciliata. Rami 2. oppoſiti ex ultimis aliis. Spica terminal. pedal., ſtricta, virens. Cor. pallide cœrul.

4. *priſmatica*. V. diandra; ſpicis laxis: calycibus alternis, priſmaticis, truncatis, ariſtat.: fol. ovat. obtuſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 107. f. 2. *Pluk. Alm. tab.* 70. f. 1.
In Jamaica.
Planta parva.

5. *mexicana*. V. diandra; ſpicis laxis, calycibus fructus reflexis, rotundato-didymis, hiſpidis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. elth. tab.* 302. f. 389.
In Mexico ♃.
Caul. ſeſquicubit. margine ſcabro. Rami oppoſiti, ſuperne dichotomi. Fol. oppoſita, breviter petiol. cordata, oblonga, ſcabra, venis multis obliquis exarata, ſubtus pallidiora. Racemi dichotomiæ longi. Cor. dilute purpur.

6. *lappulacea*. V. tetrandra; calycibus fructigeris ſubrot-inflatis: ſeminibus echinatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. obſ.* 1. *tab.* 24. *Amer. pict. tab.* 9.
Scorodoniæ &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 110. f. 1.
In Jamaica ☉.
Caul. 1-3. ped. herbac. erect. ramis oppoſitis. Fol. oppoſita, breviter petiol. ovata, ſerrato-crenata, ſcabriuſc. venoſa. Spicæ ſpitham-pedal. Fl. alterni ſubſeſſil. Cor. pallide purpur. Sem. 2-locul.

7. *curaſſavica*. V. diandra; ſpicis longis: calycibus ariſtatis: fol. ovatis, ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Tamonea ſpicata. *Aubl. Guian. tab.* 268.
In Curaſſao.

8. *ſtœchadifolia*. V. diandra; ſpicis ovat-obl. obtuſ.: fol. lanceol. ſerrato-plicatis: caul. fruticoſo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Lavandula *Plum. ic.* 162. f. 1.
V. ſuffruticoſa. *Aubl. Guian. Brow. tab.* 3. f. 1. *Burm. Amer. tab.* 162. f. 2.
In Amer. Gallia æquinoct.
Rami nodoſi. Fol. ſubpetiolata. Pedunc. axill. oppoſiti, longiſſ. Cal. patens.

9. *Aubletia*. V. tetrandra; ſpicis ſolitar. cor. faſciculatis: fol. ſubcord. inciſo-ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort.* 2. *tab.* 176.
Buchnera canadenſis. *Syſt. veg. ed.* 13.
Erinus Peruvian. an hujus var.?
In America ☉.
Caul. pedal. brachiat. erectus, dichotom. 4-gonus, ſubhiſpid. Fol. oppoſita, petiolata, ſublobata, rugoſa, ſcabriuſc. ſtipul. nullæ. Spica terminal. ſolitar. Fl. pedunculi. Cor. ſanguinea.

10. *nodiflora*. V. tetrandra; ſpicis capitato-conicis: fol. (ovatis) ſerratis, caul. repente. *Syſt. veg. ed.* 14.
V. capitata. *Forsk. Ægyp. huc pertinet, monente*

Vahl. Barr. ic. 855. *Pluk. phyt. tab.* 232. f. 4. *Burm. Ind. tab.* 6. f. 2. *ſimillima erecta, minus glabra, fol. lanceolat.*

In Virginia, & Sicilia.

Planta albida. Fol. ovata, vel cuneiform. craſſa, aſpera. Pedunc. axill. foliis longiores. Cor. cœrul.

11. *bonarienſis.* V. tetrandra; ſpicis faſciculat.: fol. amplexicaul. lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. elth. tab.* 300. f. 387.

In agro Bonarienſi ♃.

Altitudo hũa. Caul. hirſutus, bicanalicul. Fol. longa, rugoſa, aſpera, venis obl quis. Spicæ per maturitatem craſſiores. Cor. purpur.

12. *haſtata.* V. tetrandra; ſpicis longis, acuminatis: fol. haſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Herm. par. tab.* 242.

In Canadæ humidis ♃.

Priore humilior. Caul. 6-ped. Fol. Urticæfor. ſpithamam longa, palmum lata, integra, vel laciniata. Spicæ digitum lor gæ, filiform. Cor. puſilla, purpuro-cœrul. *Var. fol. lanceol.*

13. *caroliniana.* V. tetrandra; ſpicis filiformibus: fol. indiviſis, lanceol. obtuſiuſc. ſerratis, ſubſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Dill. elth. tab.* 301. f. 388.

In Amer. ſeptentrion. ♃.

Caul. ſeſqui-2. ped. ramoſi, hirſuti. Fol. Meliſſæ ſimil. aſpera. Fl. parvi, pallide purpur.

14. *urticæfolia.* V. tetrandra; ſpicis filiform. paniculatis: fol. indiviſis, ovatis, acutis, ſerratis, petiolat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Sabb. hort. rom.* 3. *tab.* 55. *Moris. hiſt.* 3. *ſ.* 11. *tab.* 25. f. 3.

In Virginia, & Canada ♃.

Caul. 3-ped. & ultra, ex albo-purpur. Fol. breviter petiol., duplicato-ſerrata, hirſuta, nervoſa, ſcabra, ſature viridia.

15. *ſpuria.* V. tetrandra; ſpicis filiformibus: fol. multifido-lacin.: caulibus numeroſis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Canada, Virginia.

Differt a V. *officin. quod. duplo maior ſit.*

16. *officinalis.* V. tetrandra; ſpicis filiform. paniculatis: fol. multifido-laciniat. caul. ſolitar. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan.* T. 628. *Ludw. ed.* T. 149. *Sabb. H. rom.* T. 56. *Black. tab.* 41.

In Europæ ruderatis ☉.

Caul. plerumq. pl. 1-2. ped. ramoſi, purpur.

Fol. ſeſſil. oblong. ad baſin anguſtiora, rugoſa. Fl. axill-terminal. Cor. ex albo-cœrul. vel albo-rufeſc. *Var. fol. 3-part. dentat. quandoq. vix diſſectis: & ſummis lanceol-obl. integerr.*

17. *ſupina*. V. tetrandra; ſpicis filiform. ſolitar. fol. 2-pinnatifid. *Syſt. veg. ed.* 14.

V. *procumbens. Forsk. Æg. huc pertinet monente Vahl.*

In Hiſpania.

Caul. ſupinus, teretiuſcul. ſubcompreſſus, ſubpubeſc. Cor. cœrul.

---

triphylla. V. tetrandra; fl. paniculatis: fol. (plerumq.) ternis: caul. fruticoſo. *Herit. ſtirp. nov. faſc.* 2. *tab.* 11.

Aloyſia Citridora. *Ortega, & Palau. Diſſ. mſſ.*

In Chile, Bonaria, Montivideo ♄.

Diagnoſis.

Caul. fruticoſus. Fol. verticillata. Fl. paniculati. Stam. 4. *Sem.* 2. *Odor. Citri.*

Suſfrutex totus odore Citri. Caul. erectus, orgyal. ramoſior, odoratus, ſubrimoſus. Rami verticillati, terni-quaterni, patentiſſ. ſcabri. Ramuli hexagoni. Fol. verticillata, breviter petiolat. lineari-lanceol. utrimque acuta, patentia, ſupra, & margine vix manifeſte muricata, reclinata, ſcabra, nervoſa, læte viridia, odoratiſſima, 2-3. pollic. longa, 6-8. lineas lata: iuniora lanceol. laxe dentata, ſeu ſerrata. Panicula villoſa, bracteata, inferne ſpicis nonnullis immixtis, 3. pollic. longa, 2 ½ pollic. lata. Spicæ ternatim verticillatæ, patentes, imis axillaribus, ſummis nonnumquam verticaliter duplicibus. Fl. erecti, ſeſſil., ex violac-albidi, odorati, 2. lineas longi, 1 ½ lin. lati. Filam. 4. breviſſima, quorum 2 ſuper. breviora. Sem. 2.

globiflora. V. tetrandra: fl. capitatis: caul. fruticoſo. *Herit. Stirp. faſc.* 2. *tab.* 12.

Nepeta &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 108. f. 2.

In America calidiore ♄.

Differt a V. ſtœchadifol. fol. lanceol. planis, nec linearibus plicatis: a V. triphylla fl. capitatis, nec paniculatis: fol. oppoſit. nec verticillat. a V. nodiflora caul. fruticoſo.

Frutex humilis, odore gravi, ingrato. Caul. altitudine humana, erectus, cinereus, ramis ramulosis. Fol. oppositа, raro terna, breviter petiol. lanceol. utrimq. acuta, patentia, crenata, ima basi integra, in petiolum attenuata, nervis alternis, erectis, venosissima, rugosa, villosa, scabra, reclinata, persistentia, fragrantia, 1. $\frac{1}{2}$ pollic. longa, 8. lin. lata. Capitula axillar. pedunculata, subrotunda, imbricata, bracteata, 3. lin. lata. Fl. albi, 1. $\frac{1}{2}$ lin. longi. Bract. ovatæ, acutæ, hirsutæ, calyc. longiores. Stam. brevissima, quorum 2. altiora. Sem. 2.

40. LYCOPUS. Cor. 4-fid. lacinia unica emargin. Stam. distantia. Sem. 4 retusa.

1. *europæus*. L. fol. sinuato-serratis. *Syst. veg. ed.* 14. *Sabb. h. rom.* 3. *tab.* 53.
Marrubium &c. *Riv. tab.* 21.
In Europæ ripis humentibus ♃.
Planta modo glabra; modo villosa. Caul. 2-ped. Fol. varia: 1.° ovato-lanc. acute, & magnis dentibus incisa. 2.° petiolata, tribus paribus pinnarum augetur, 3.° integre pinnata. Verticil. fl. densissimi. Cor. parva, alba. *Var. caul.*, 4-*ped. fl. omnibus femin.*

2. *virginicus*. L. fol. æqualiter serratis. *Syst. veg. ed.* 14.
In Virginia ♃.
Fol. lanceol. tenuissime serrata.

3. *exaltatus*. L. fol. basi pinnati fid-serratis. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
L. fol. in profundas lacin. divisis. *Tourn. inst.*
In Italia ♃.
Altitudo hña, qua nota a L. europeo differt. Caul. ramosus, angulat. scaber. Cor. alba, segment. rubro-punctatis.

41. AMETHYSTEA. Cor. 5-fid. lacinia infima patentiore. Stam. adproximata. Cal. supcampanul. Sem. 4. gibba.

1. *cœrulea*. A. *Syst. veg. ed.* 4. *Comm. Gottin.* 1751. *tab.* 10. *Act. Upf.* 1742. f. 1.
In Sibiriæ montosis ☉.
Planta fragrans. Caul. erect. pedal. totus ramosus, sem. maturo, cœruleſc. Fol. infer. petiol. super. sessil. parva, digitata, 3-fid. serrata. Flosc. veluti umbellati, comosi, e cœrul-janthini.

42. CUNILA. Cor. ringens: lab. ſuper. erect. plano. Filam. caſtrata 2. Sem. 4.

1. *mariana*. C. fol. ovatis, ſerratis: corymb. terminalibus, dichotomis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Calamintha &c. *Pluk mant. tab.* 344. f. 1. *phyt. tab.* 163. f. 4. *Moris* 3. *ſ.* 11. *tab.* 19. f. 7.
In Virginia.
Odor, & ſapor aromaticus. Caul. erect. pedal. ligneſi, ramis oppoſitis. Fl. ſuperne plurimi, parvi.

2. *pulegioides*. C. fol. lanceol-ovat. bidentat: fl. verticillatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia, & Canada ☉.
Planta ſpitham. brachiata. Fol. ſcabriuſc. ſuper. anguſtiora. Verticilli per totam longitudinem caulis. Bract. utrimq. 2. fl. maiores, præter alias min. Cor. alba, fauce violac.

3. *thymoides*. C. fol. ovalibus, integerr. fl. verticillatis: caul. 4-gono. *Syſt. veg. ed.* 14.
Acinos &c. *Moris* 3. *ſ.* 11. *tab.* 19. f. 6.
Monſpelii ☉.
Habitus prioris. Caul. erectus, ſpitham. ramis paucis, brevibus, ſimplicibus. Fol. obtuſa, glabra, ſubtus ſtriata. Verticil. ut in priore.

4. *capitata*. C. fol. ovat. fl: terminalibus; umbella ſubrotunda. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Sibiria.
Caul. palm. Fol. oblongiuſcula, nuda. Cor. purpur. anth. nigræ.

43. ZIZIPHORA. Cor. ringens; lab. ſuper. reflexo, integro. Cal. filiform. Sem. 4.

1. *capitata*. Z. faſciculis terminalibus: fol. ovalibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Clinopodium &c. *Pluk alm. tab.* 164. f. 4.
Thymus &c. *Buxb. cent.* 3. *tab.* 51. f. 1.
In Syria, Armenia, Sibiria ☉.
Caulic. palm. brachiati. Fol. Acini, ſed ma. Fl. terminal. faſciculati. Cor. abſque macula palati, quæ in Z. tenuiore.

2. *hiſpanica*. Z. fol. ovat. fl. racemoſo-ſpicatis; bracteis obovat. acut. nervoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Hiſpania ☉.
Caul. brachiat. Fol. petiolata, vix crenata. Fl. terni intra ſingulam bracteam. Cor. parva.

3. *tenuior*. Z. fol. lanceol. fl. lateralibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Acinos &c. *Morif.* 3. f. 11. *tab.* 19. f. 3. 4.
In Syria ☉.
Var. Z. *capitatæ*. Caul. femiped. pubefc. Fol. fæpe integerr. Fl. 3-4. Cor. dilute violac.

4. *acinoides*. Z. fol. ovat. fl. lateralibus. *Syft. veg. ed.* 14.
In Sibiria ☉.
Habitus Thymi Acinos, fed omnia 5-tuplo ma. Fol. Z. capitatæ: fl. laterales ut in Z. tenuiore, fed copiofiores. Planta incana. Caul. 1-fefquiped. crebro-geniculat. Fol. femuncem raro longiora, fæpe breviora, breviter petiol. lævia, rigidiufc. nervofa. Fl. in capitula laxa difpofiti, fuave rubentes.

44. MONARDA. Cor. inæqualis; lab. fuper. lineari, filamenta involvente. Sem. 4.

1. *fiftulofa*. M. capitul. terminalibus, caule obtufangolo. *Syft. veg. ed.* 14. *Mill. ic. tab.* 122. f. 2.
Origanum &c. *Corn. Canad. tab.* 14.
b. M. mollis.
In Canada ♃.
Tota planta fubincana lanugine pubefcit. Caul. cubital. ramofi, geniculati, fubhirfuti. Fol. oppofita, 2-3. unc. longa, unc. lata, breviter petiol. acuta, pauci-crenata, fubhirfuta, dilute virid. Fl. longi, dilute purpuraf. *Var. fol. integerr.*

2. *didyma*. M. fl. capitatis, fubdidynamis: caul. acutangulo. *Syft. veg. ed.* 14. *Trew. Ehret. tab.* 36.
In Penfylvania, Noveboraco ♃.
Caul. 4-gon. concavus. Fol. oppofita, petiolata, ovat-acumin. ferrata, fature virid. fumma canefcentia. Verticilli denfiff. Invol. multiplex. Cor. coccinea.

3. *clinopodia*. M. fl. capitatis: fol. leviff. ferratis. *Syft. veg. ed.* 14.
In Virginia ♃.
Facies prioris quoad ftaturam, at fol. Clinopodii incani: fpicæ purpur. nec fl. tetrandri & fol. glaberr. Radix repens. Caul. 4-gon. magis quam in prima minus argute quam in fecunda. Capitulum bracteis radiatum. Cor. pallida.

4. *punctata*. M. fl. verticillatis: cor. punctatis: bracteis coloratis. *Syft. veg. ed.* 14. *Sabb. h. rom.* 3. *tab.* 86. 87.
Clinopodium &c. *Morif.* 3. f. 1. *tab.* 8. f. 8. *mala Pluk. Alm. tab.* 24. f. 1.
In Virginia ♃.

Caul. pedal. ignoſi. Fol. oppoſita, petiol. 2. unc. longa, ſemunc. lata, anguſta, mucronata. Bract. ſubviol. 4. ma. 4. min. præter fol. verticill. Cor. lutea, punctis purpur.

5. *ciliata*. M. fl. verticillatis: corollis involucro longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Clinopodium &c. *Moriſ. hiſt.* 3. ſ. 11. *tab.* 8. f. 6. *Pluk. Alm. tab.* 164. f. 3.

In Virginia.

Caul. pedal. & ultra, hirtus, ſtolonibus procumbentibus. Fol. unci l. oppoſita, petiolata, inferiora ſubrotun.: ſuper. ſeſſil. longa, & anguſta. Verticil. amoli. Fl. ampli, cœrul. lab. ſuper. maculis atro-purpur.

45. ROSMARINUS. Anth. ſi minum arctiſſime coniunctæ, adeo ut unicam antheram componere videantur filam. liberis. Cor. ringens. Lab. ſuperius longum, reflexum, emarginatum; inferius 3-fid. laciniis lateralibus acutis, media ma. oblonga. Galea a lab. inferiore recta divergit.

1. *officinalis*. R. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 159. *Riv. tab.* 39. *Sabb. h. rom.* 3. *tab.* 67. *Ludw. ect. tab.* 196.

b. R. anguſtifol.

In Europæ collibus ♄.

Frutex 10-pedal. cultus ramoſiſſ. Fol. ſeſſil. linear. ſupra hilari-virent. ſubtus albeſcent. margine revoluto. Fl. axill. Cal. ſubtoment. Cor. ſubcœrul.

46. SALVIA. Cor. ringens. Stam. bifurcata, pedicello nimirum, ſive filamento cor. inſerto tranſverſe imponitur filamentum antheriferum.

1. *ægyptiaca*. S. fol. lanceol. denticulat. fl. pedunculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. h.* 2. *tab.* 108.

In Ægypto ☌.

Caul. pedal. ſtrictus, brachiatus. Fol. ſeſſil. nuda, ſcabra, ſubtus rugoſiſſ. odora, parum aromatica. Rami elongati. Spicæ quaſi ſpinoſæ, verticillis raris. Bract. parvæ. Fl. bini-terni, pedicellati, minutiſſ. albi: lab. ſuper. breviſſ. emarginato, non compreſſo; infer. 3-fid. intermedia violacea, punctata. *Fl. ſæpe tetrandri.*

2. *cretica*. S. fol. lanceolatis: calycibus 2-phyll. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt. tab.* 57. f. 1. *ſine flore*.

In Cretenſi inſula.

Caul. toment. baſi lignoſi. Petioli filifor. Fol.

oppoſita, obtuſa, crenulata, rugoſa, toment. Fol. floralia feſſil. ovata, integerr. concava, ſubtus tomentoſa.

3. *lyrata*. S. fol. radicalibus lyratis, dentat. cor. galea breviſſima. *Syſt. veg. ed.* 14.
Horminum &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 11. *tab.* 13. f. 27.
b. Horminum *Virginicum*. *Sp. plant. In Europæ hortis fl. clandeſtinis.*
Melliſſa &c. *Dill. elth. tab.* 175. f. 216.
In Virginia, Carolina.

4. *officinalis*. S. fol. lanceol-ovat. integris, crenulatis: fl. ſpicat. cal. acutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 10. *Kniphof. orig. cent.* XI. *tab.* 89.
b. S. minor aurita, & non aurita. *Black. tab.* 71. *Kniphof. orig. cent.* 2. *tab.* 79.
In Europæ auſtralis collibus incultis ♃.
Planta aromatica. Caul. frutescens. Fol. rugoſa, ſubalbida. Fl. laxe ſpicati. Cal. ruber. Cor. cœrul. aut cœrul-purpuraſc.

5. *pomifera*. S. fol. lanceol-ovat. integris, crenulatis: fl. ſpicat. cal. obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Tourn. it.* 1. *tab.* 92.
S. nivea *Allion. auct.*
In Creta.
Caul. fruteſc. Petioli longiſſ. Fol. longa, brumali præſertim tempore incana, & criſpa. Cor. cœrul.

6. *urticifolia*. S. fol. ovat-oblong. duplicato-ſerratis; cal. trident. lacinia ſumma trident. *Syſt. veg. ed.* 14.
Horminum &c. *Pluk. alm. tab.* 420. f. 1. *Moriſ. hiſt.* 3. ſ. 11. *tab.* 13. f. 31.
In Virginia, Florida ♄.
Planta valde hirſuta. Fol. Urticæ, aut Scrophulariæ æmula. Cor. parva, purpur. lab. ſuper. brevi. Piſtil. lab. ſuperiore longius. *Var. cal. labio ſuper. integro.*

7. *ſerotina*. S. fol. cordat. ſerratis, mollibus: fl. racemoſo-ſpicatis: cor. vix cal. excedentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Arduin.* Sp. 1. *tab.* 1.
In Chio? ♂. ♄.
Caul. ſuffruticoſ. ſeſquiped. brachiat. 4-gon. vix tomentoſ. ramis inferior. cauleſcentibus. Fol. undulata, tenuiſſime ſerrata, vix toment. ſubtus pallidiora. Spicæ vix peduncul. Cor. cœrul. Odor Nepetæ ingratus, validus.

8. *viridis*. S. fol. obl-obtuſ. crenatis: cor. galea ſemiorbiculata: cal. fructiferis reflexis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. ic. pl. rar.*
Habitat . . . . ⊙.
Caul. herbac. ſubpiloſi. Fol. infer. longe petiol. ſuper. ſeſſil. floralia cordata, integerr. Fl. verticilli utrimq. ſubterni. Coma viridis. *Convenit cum S. Horminо, habitu, fol. modo florendi, odore &c. In hac flos brevior eſt, galea recta: ſtyli non porrecti &c.*

9. *viſcoſa*. S. fol. oblong. obtuſ. ſuberoſis, crenatis, viſcidis: fl. verticillatis: bract. cordat. acutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. ic. rar. tab* 14.
Habitat . . .
Caul. pl. erecti, ſeſquiped. herbacei, parum ramoſi, ut tota planta odori, & obſiti villis capitato-glanduloſis, & viſcidis. Fol. petiolata, baſi cordata, obſolete crenulata, rugoſa, venoſa. Verticil. diſtantes, breviter pedunculi. 6 fl. Galea purpuro-ſanguin. extus villoſo-viſcida: lab. infer. col. dilutiore, lacin. lateralibus oblong.

10. *Horminum*. S. fol. obtuſ. crenatis: bract. ſummis ſterilib. maioribus coloratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Geſn. fuſc.* 17. *tab.* 11. f. 21.
In Græcia, Apulia, Pedemontio, ſecus arva ⊙.
Caul. articulat. ramoſus, villoſus, ſubruber. Fol. infer. petiol. ſuper. ſeſſil. Fl. terminal. verticillati. Bract. purpuro-violac. rubræ, aut virid.

11. *ſylveſtris*. S. fol. cordato-lanceol. undulat. biſerratis, (interdum) maculatis: bract. ovat. coloratis, (3-fl.) flore brevioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 3. *tab.* 212.
In Germania, Pedemontio, collium ſylvis ♃.
Caul. cubital. ſubvilloſi. Fol. ſubtus villoſa, ex incano-fordide virent. Fl. longe ſpicati. Cal. quandoq. purpur. Cor. cyanea, purpur. vel alba, galea compreſſa.

12. *nemoroſa*. S. fol. cordato-lanceol. ſerratis, planis: bract. colorat. cor. lab. infimo reflexo. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Auſtria, Tartaria ♂.
Caul. palm-cubital. pubeſc. ſæpe fuſce punctati. Fol. radical. cordata; caulina ovat-lanceol.

æqualiter ferrata, supra nuda, sordide virid. subtus subtomentosa, glauca. Spicæ ante efflorescentiam exacte 4-gonæ, bract. coloratis fl. brevioribus. Galea albido-cœrul. barba saturatior, lacin. media arcte sub cal. reflexa.

13. *syriaca*. S. fol. dentatis; inferioribus repandis: bracteis breviter cordat. acutis: cal. tomentosis. *Syst. veg. ed.* 14.

Horminum &c. *Bauh. prod. tab.* 114.

In Oriente, Palæstina.

Planta 2-triennis, suaveolens. Statura *S. pratensis*. Caul. obtuse angulati, pilosi. Fol. radical. elliptica, petiol: super. ovata, sessil. rugosiss. subtoment. Panicula brachiata, virgata. Bract. cal. breviores, cordatæ. Fl. in quolibet verticil. 6. Cal. tomentosus. Cor. parva, alba. Styl. galea duplo longior.

14. *hæmatodes*. S. fol. cordato-ovat. rugosis, tomentos. calycibus hispidis: radice tuberosa. *Syst. veg. ed.* 14. *Triumph.* obs. *tab.* 69. *Barr. rar. tab.* 185.

In Italia, Istria 4.

Planta tota hispida. Caul. erect. viscidus. Fol. repanda, supra lævia, maculis ferrugin. summa parva, sessil: Verticilli multifl. aridis bract. instructi. Pedunc. inæqual. Cor. cœrul. S. *Sylv.* lab. super. falcato; infer. 3-fid. media latissima, emarginata, saccata, reflexa: styl. galea longior. Anth. nigræ.

15. *austriaca*. S. fol. cordat-ovat. crenat. incisis, vel lobatis, supra nudis: caul. calyc. bracteisque hirsutissim. *Syst. veg. ed.* 14. *Jacq. Austr.* 2. *tab.* 112.

In collibus herbidis.

Caul. 1-raro 2-ped. simpl. vel superne ramos. villos. Fol. radical. in orbem posita, lata, obtusiss. pinnatifide incisa, inæqualiter ferrata, magis, minusve cordata, rugosa, supra atrovirent. glaberrima, subtus pallida, petiolar. caulina sessil. minora, acuta. Bract. cordatæ, integræ. Fl. terni, breviter peduncul. Cal. glutinosus. Cor. albida, vel pallide ochroleuca.

16. *pratensis*. S. fol. (inferior.) ovat-obl. (caulinis cordato-sagittatis) crenatis; summis, amplexicaulibus: verticillis subnudis: cor. galea glutinosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 258.

In Europæ pratis 4.

Caul. cubital. inferne pilosi. Fol. infer. longe petiol. quandoq. sinuata, squallida. Verticilli ad 6-fl. diffiti. Cal. coloratus. Cor. purpur. cœrul. rubra, alba. *Var. fol. profundius incisis.*

17. *indica*. S. fol. cordatis, lateralibus lobatis: summis sessilibus: verticillis subnud. remotissim. *Syst. veg. ed.* 14. *Jacq. H.* 1. *tab.* 78.
Horminum &c. *Morif. hist.* 3. f. 11. *tab.* 13. f. 16.
In India ♃.
Caul. 3-ped. herbac. 4-gon. obtusus, albo-pilos. uti petioli. Fol. rugosa, nudiusc. subtus pilosa, suberosa, petiolata: floralia parva, acuta, integra. Cor. magna, cœrul. lab. super. compresso, emargin. inferiore 3-fid. intermedia magna, saccata, biloba, fundo albido, lobis maculis violac. margine albo, mox luteo.

18. *dominica*. S. fol. cordat. obtusis, crenat. subtoment. cor. calyce angustioribus. *Syst. veg. ed.* 14.
In Domingo.

19. *Verbenaca*. S. fol. sinuatis, serratis, lævius. cor. calyce angustioribus. *Syst. veg. ed.* 14.
Horminum &c. *Barr. ic.* 208. *Triumf. obs. tab.* 66.
In Europæ, & Orientis pascuis ♃.
Caul. frutic. ramis oppositis. Fol. radical. humifusa, Verbenæ form. sed apice rotundiore, petiolata. Fl. spicat-verticillati. Cor. purpur.

20. *nilotica*. S. fol. sinuat. angulatis, crenato-dent. calycin. dentibus spinosis; angulis, margineq. faucis ciliatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Comm. gott.* 1778. *tab.* 2. *Jacq. H.* 5. *tab.* 92.
Odor, & sapor paucus, nec gratus. Caul. 2-pedal. erecti, vel adscendent. ramosi, hirsuti, subviscosi. Fol. opposita, subviscosa, utrimq. villosa, rugosa, venosa, mollia; infima obl. obtusa, longiuscule petiolata; subsequa ovata; summa sessil. cordata, acuta. Fl. in caule elongato, & ramis: verticilli distantes, 6-fl. bracteæ parvæ, cordatæ, acuminatæ. Pedunc. semper horizontal. Cor. exigua, purpuro-cœrul.

21. *nubia*. S. fol. lanceol-ovat. duplicato-crenat. tubo cor. incurvato. *Syst. veg. ed.* 14. *Comm. gott.* 1778. *tab.* 3.
In Nubia, & Abissinia.
Habitus tomentosus. Caul. erectus, sesquiped. ramosus. Rami decussatim oppositi, præter in-

fimum. Fol. cordata, rugoſiſſ. radicalia multa, petiolata, ſeſquipalm. obtuſa; caulina ſeſſil. latiora. Spica decompoſita: ſpiculæ ovatæ, verticilli 6-fl. Bract. latæ, cordatæ. Cal. cœrul-virid. Cor. calyce longior, tubo albo, limbo pallide cœrul.

22. *clandeſtina*. S. fol. pinnatifid. ſerrat. rugoſiſſimis: ſpica truncata: cor. calyce anguſtioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Horminum &c. *Barr. rar. tab.* 220.

In Italia ♂.

Herba S. *Verbenaceæ*: *fol.* S. *ceratophyllæ*, *pumila*; *unde potius var.* S. *Verbenaceæ*.

Caul. adſcend. ſpitham. 4-goni, obtuſi, villoſi; ramis ſuperne ſæpe 2. Fol. petiolat. oblong. obtuſa, crenata; in caule 2-3. paria. Verticil. remoti. Bract. cordatæ, 3-fl. Cal. pilis glutinoſis. Cor. violac. labii infer. lobo medio albo.

23. *pyrenaica*. S. fol. obtuſ. eroſis: ſtaminibus cor. duplo longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Horminum &c. *Herm. par. tab.* 187.

24. *diſermas*. S. fol. (plerumq. ovato-lanceol.) eroſis: ſtaminibus cor. æquantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Arduin.* Spec. 1. *tab.* 1.

Horminum &c. *Barr. ic.* 187. *bona*.

In Syria ♃.

Planta tota pubeſc. villis apice glutinoſ. Caul. 2-3. ped. erecti, frutic. ramoſi. Fol. rugoſa. Bract. cordatæ, acutiuſc. villoſæ. Cor. alba, lab. ſuper. erecto; infer. concavo, lacin. lateralibus porrectis. Anth. exertæ. Styl. albus. *Fol. in caldario cordata*.

25. *mexicana*. S. fol. ovat. utrimq. acuminat. ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Sclarea &c. *Dill. elth. tab.* 254. f. 330.

In Mexici humentibus ♄.

26. *hiſpanica*. S. fol. ovat. petiolatis, utrimq. mucronatis: ſpicis imbricat. calycibus 3-fid. *Syſt. veg. ed.* 14. *Kniph. orig. tab.* 2. *Sabb. hort. rom. tab.* 22. *Arduin.* Sp. *tab.* 2.

Sclarea &c. *Tabern. Hiſt. ic.* 374.

In Italia, *Hiſpania* ☉.

Caul. ſeſquiped. 4-gon. obtuſus, 4-ſulcat. ſuperne pilis reflexis, albis obſitus. Fol. acuta, ſerrata, rugoſa, baſi acuta. Spica 4-gona. Bract. ovatæ,

ovatæ, ciliatæ. Cor. cœrul. galea breviore ſubvilloſa; lab. infer. baſi maculis 2. pallidis.

27. *verticillata*. S. fol. cordat. crenato-dent. verticillis ſubnud. ſtylo cor. labio infer. incumbente. *Syſt. veg. ed.* 14. *Kniph. orig.* VI. *tab.* 79.

In ruderatis ♃.

Caul. piloſus, ſuperne purpuro-violac. Fol. piloſa, rugoſa, ſcabra. Pedunc. purpur. Cor. violac-purpur. fauce patula; galea ovali, 2-fid. clauſa, baſi coarctata.

28. *napifolia*. S. fol. cordat. crenato-dent. verticillis ſubnud. cor. labio ſuper. cordato-emarginato. *Syſt. veg ed.* 14. *Jacq. Hort.* 2. *tab.* 152.

In Caldario.

Habitus, & fol. S. *verticillatæ*: cor. vero ſature purpur. labio ſuper. cordato, emargin. obtuſo, patente; inferioris laciniæ laterales ſubovatæ. Fol. radical. terræ incumbentia.

29. *virgata*. S. fol. cordat. crenatis, eroſis, rugoſis: verticillis in ramis virgatis longiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. hort.* 1. *tab.* 37.

Caul. erect. 4-ped. hirſutus: rami longi, ad angulum acutum adſcendentes. Fol. radical. obl. obtuſa, petiolata, ſinuato-undulata: caulina infer. petiol. ſuperiora ſeſſil. crenato-dent. vix hirſuta. Bract. cordat. acut. integræ. Fl. terni, breviter peduncul. Cor. nivea; pallide roſea; cœruleſc.

30. *glutinoſa*. S. fol. cordato-ſagittat. acutis, ſerratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Kniph. orig.* IV. *tab.* 70. *Sabb. hort. rom. tab.* 21.

In Europæ umbroſis ♃.

Planta viſcida odore ingrato. Caul. cubital. ramoſus. Fol. longe petiol. hirſuta; infer. palmaria. Spica laxa. Verticilli 6-fl. Cal. trilobus. Cor. ampla, falcata, flava, fuſco-punctata; lab. infer. intermedia crenata.

31. *canarienſis*. S. fol. haſtato-triangularibus, oblong. obtuſ. crenatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Kniph. orig. cent.* 6. *tab.* 77.

Horminum &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 11. *tab.* 13. f. 17. *Pluk. phyt. tab.* 301. f. 2.

In Canariis ♄.

Altitudo humana. Caul. tomentoſ. Fol. longe petiolat. rugoſa, cum binis auriculis: caulina

parva, mucronata, ſubrubent. Geniculi rari. Cor. ampla, purpur.

32. *africana*. S. fol. ſubrotundis, ſerratis, baſi truncat. dentatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Comm. hort.* 2. *tab.* 91. Horminum &c. *Pluk. alm. tab.* 301. f. 2.
Ad cap. b. Spei, locis argilloſis ♃.
Caul. 3-4. ped. ramoſus, dein fuſcus. Fol. unc. longa, mediam lata, ſubpetiol. rigida. Caul. & pedunc. araneoſa lanugine obſiti. Cor. violac.

33. *aurea*. S. fol. ſubrot. integerr. baſi truncatis, dentat. *Syſt. veg. ed.* 14.
S. africana &c. *Comm. hort.* 2. *tab.* 92.
Ad cap. b. Spei iuxta rivulos ♄.
Caul. 4-pedal. lignoſus, ramoſus, fuſcus. Fol. craſſa, glauca, maiora plicata. Fl. magni, aurei. Cal. campanul. trilobus, baſi villoſus.

34. *colorata*. S. fol. ellipticis, ſubintegerr. tomentoſis: cal. limb. membranac. colorato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei litora maris.
Caul. 6-ped. inferne radicantes. Fol. pollic. petiolata; inferiora ſerrata, raro auriculata; ſumma integerr. Cal. campanul. laciniis rotundatis; demum evaſuri ampli, ſcarioſi, ſanguinei.

35. *paniculata*. S. fol. obovat-cuneiformibus, denticulatis, nudis: caul. fruteſcente. *Syſt. veg. ed.* 14. *Morif. hiſt.* 3. ſ. 11. *tab.* 16. f. 1. *Mill. ic. tab.* 225. f. 1. *Breyn. cent. tab.* 5.
In Africa ♄.
Caul. erect. fruteſc. teres, purpuraſc. ſcaber. Fol. parva, ſubpetiol. venoſa, lævia. Cal. 3-fid. vix piloſus. Cor. cœrul. galea labio vix longior. Stylus cor. longior.

36. *coccinea*. S. fol. cordat. ovat. acutis, ſerratis, ſubtus molliſſime tomentoſis: racemo terminali, verticillato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Comm. gott.* 1778. *tab.* 1.
In Æthiopia ♃.
Habitus tomentoſus. Caul. pl. recti, ſed debiles, 3-ped. Rami elongati, oppoſiti, patentes. Fol. petiol. obtuſe ſerrata, rugoſa, varie flexa, ſature virid. ſupra pubeſcentia. Petioli patentiſſ. fuſci. Spica elongata, verticill. 6-fl. Pedunc. fuſci. Bract. 2. oppoſitæ. Cor. magna, coccinea, extus tomentoſa.

37. *acetabulosa*. S. fol. obovat. dentat. cal. campanulatis, patentibus pilosis: caul. fruticulosо. *Syst. veg. ed.* 14.

In Oriente ♄.

Rami brachiati. Fol. petiolata, versus basin dentata, subtus tomentosa. Racemi elongati, remote verticillati. Fl. utrimq. 3. pedicellati; Bract. ovatæ, acumin. integerr. ciliatæ, glabræ. Cor. albida, lab. super. 2-fid. patulo, non falcato, seu elongato; infer. 3-fido, media ma. Stam. longitudine cor. Stylus cor. duplo longior.

38. *spinosa*. S. fol. oblong. repandis: cal. spinosis: bracteis cordat. mucronat. concavis. *Syst. veg. ed.* 14. Horminum &c. *Moris. hist.* 3. s. 11. *tab.* 16. f. 2.

In Ægypto ♂.

Caul. pedal. obsolete 4-gon. brachiat. hirsutus. Fol. petiol. subcord. seu ovata, obtusiusc. rugosa, subtus magis pilosa; summa acumin. sessil. serrato-crenata. Verticill. utrimq. 3-fl. sessiles. Cor. alba, galea erecta, subfalcata, emargin. longitudine tantum lab. inferioris. Lab. 3-fid. media ma. concava, 2-loba, lateralibus deflexis. Stam. alba, galea longiora. Anth. flavæ. Styl. purpur.

39. *Sclarea*. S. fol. cordat. oblong. serrat. rugosis, villosis: bracteis coloratis cal. longioribus acuminat. concavis. *Syst. veg. ed.* 14. *Ludw. ect. tab.* 171.

Horminum &c. *Blackw. tab.* 122.

In Syria, Italia ♂.

Altitudo humana. Fol. magna, canescent. Hircum olentia. Fl. verticill. Cor. purpuro-cœrul.

40. *ceratophylla*. S. fol. pinnatifid. rugosis, albescentibus: verticillis summis sterilibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Kniph. orig. cent.* 6. *tab.* 78.

Horminum &c. *Pluk. alm. tab.* 194. f. 5. *Moris. hist.* 3. s. 11. *tab.* 3. f. 6.

In Persia ♂.

Caul. pedal. & ultra, ramosus. Fol. radical. in orbem posita, pallide virid. in patrio solo incana; floralia mucronata, margine e viridi purpurasc: Cor. purpuro-violac.

41. *Æthiopis*. S. fol. oblong. erosis, lanatis: verticillis lanatis: cor. labio crenato: bracteis recurvatis,

ſubſpin. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 3. *tab.* 211. *Sabb. h. rom.* 3. *tab.* 23. *Barr. rar. tab.* 188.

Marum &c. *Veſt. alp. tab.* 212.

In Europa ♂.

Altitudo fere humana. Caul. articulatus, ramoſus. Fl. verticillati. Cor. dilute carnea. *Lab. infer. antice cohæret, & ſaccum format.*

42. ***pinnata***. S. fol. lyrato-pinnatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Boerh.* Lugd. 1. *tab.* 167.

Horminum &c. *Pluk. alm. tab.* 164. f. 6.

In Oriente, & Arabia.

Caul. piloſus. Fol. eroſa, impari ma. ſuprema minus pinnata. Cal. hirtus, ovatus, inflatus, ore compreſſo, obtuſo, abſq. dentibus. Cor. non falcata, parva, purpur.

43. ***argentea***. S. fol. oblongis, dentat-angulat. lanatis: verticill. ſummis ſterilibus: bracteis concavis, *Syſt. veg. ed.* 14.

In Creta ♂.

Media inter S. Sideream, & Aethiopem. Fol. eroſa, in ſterili maxime tomentoſa. Panicula minus brachiata, pubeſcens, viſcoſa, ramorum ſummitatibus ſterilibus, quaſi ſpinoſis. Bracteæ muticæ. Cor. alba, galea purpuraſcpubeſcente; lab. flavicante. Stylus cor. longior.

44. ***ceratophylloides***. S. fol. pinnatifid. rugoſis, villoſis: caule paniculato, ramoſiſſimo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ard. ſp.* 2. *tab.* 2.

In Sicilia, Ægypto.

Media inter S. clandeſtinam, & ceratophyllam.

Caul. pl. ſeſqui-2 cubital. & ultra, brachiato-ramoſi, piloſi, ſuperne punctis atro-purpur. adſperſi. Fol. infer. petiol. profundius pinnatifida; ſumma ſeſſil. ſinuata; pinnulis 2. inferioribus auriculat. Fl. laxe verticillati. Bract. ſub quolibet verticillo 6. *In cæteris partibus fructificat convenit cum S. pratenſi.*

45. ***Forskælei***. S. fol. lyrato-auriculat. caule ſubaphyl. cor. galea ſemibifida. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Oriente ♃.

Caul. ſecundi anni florens, erect. ſeſquiped. Rami 2. oppoſiti, infra verticil. infimum. Fol. radical. ovata, obtuſa, repando-crenata, vil-

loſa, virid. Bract. cordatæ, acutæ, integerr. Verticil. utrimq. 3-5. fl. Cal. pilis viſcidis. Cor. cœrul. calyce triplo ma. Galea f leata, ſemi-2 fid: lobis incumbentibus. Lab. 3-lob. intermed. 2-loba, ma. crenata, baſi punctis cœrul. reticulatum. Stylus cor. duplo longior. *Facies S. nutantis.*

46. *nutans*. S. fol. cordatis inæqualiter baſi exciſis: caul. ſubnudo: ſpicis ante floreſcentiam cernuis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. Act. Petrop.* T. 1. *tab.* 14. *Comm. gott.* 1751. *tab.* 11.

In Imperio Rutheno ♃.

Caul. 2-cubit. totus ramoſus, incanus. Fol. radical. petiolata 5. fere unc. longa, & 4. circa baſin lata, ſupra intenſe virid nitida, obtuſa, rugoſa, ſubundulata, crenata; caulina ſuper. petiol. ſumma ſeſſil. ſpicæ ternæ. Cor. labium ſuper. violac. extus punctis candidis.

47. *abyſſinica*. S. fol. cordat-ovatis, rugoſis, eroſis: bract. integerr. lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*

An S. nubia Murr.?

In Abyſſinia.

Caul. pedal. erect. ſimpl. herbaceus, obtuſe 4-gon. ſcaber. Fol. radical. cordat-obl. fereq. lanceol. obtuſiuſc. baſi trinerv. viridia: caulina 2-3. iuga, margine fere eroſa, baſique ſubla ciniata: ſumma ſeſſil. Panicula brachiata ex verticil. 6-fl. ſubaphyllis. Cor. cœrul. *Odor Humuli gravis.*

48. *triloba*. S. tomentoſa; fol. petiolat. rugoſiſſ. trilobis; lobo intermedio producto, oblon., lateralibus ovat. obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In monte Sypili ♄.

Habitus S. officin. Tota cana ex tomento. Singularis foliis baſi quaſi auriculatis.

49. *aurita*. S. villoſa; fol. ovato-dentatis, auriculatis: fl. verticillato-ſpicatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

50. *ſcabra*. S. ſcabra; fol. lyrato-dentat. rugoſis: caul. paniculato-ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

51. *runcinata*. S. ſcabra; fol. runcinato-pinnatifid. dentat.: fl. ſpicatis, verticillatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

32. japonica. S. fol. inferior. 2-pinnat. glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. tab.* 5.
In Japonia ☉.
Differt a S. pinnata, cui adſinis, fol. inferior. 2-pinnat. planta infra nuda, glabra: fl. paniculato-verticillat.
Caul. 1-2. ped. ſimpl. erect. glaber. Fol. pinnis ovat. acut. ſubpetiol. ſinuato-dentat. ſuperiora pinnata, brevia, petiolata: ſumma, ſeu pedunculariа lanceol. integra. Fl. verticillati, paniculati, panicula trichotoma. Bract. lanceol. glabræ. Cor. duplo longior calyce, extus piloſa, rubra.

---

merjamia. S. fl. verticillatis, ſeſſilibus, cœrul. caule ſubnudo: fol. oblong. ſubcrenat. rugoſis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.

formoſa. S. fol. ſubcordat. cor. galea barbata: calycibus trilobis: caule fruteſcente. *Herit. ſtirp. faſc.* 3. *tab.* 21.
S. pyrifolia. *Domb. per. MSS.*
S. Leonura. *Pict. reg. &c.*
In ſaxoſis Peruæ ♄.
Suffrutex venuſtus, altitudine humana. Caul. erectus, brachiatus, ſubnodoſus, laxe rimoſus, cinereus. Rami, & ramuli oppoſiti, patentes, baſi denudati, rufi. Fol. oppoſita, ſat denſa, petiol. patentia, in horto obtuſiuſcula, crenato-ſerrata, ſubrugoſa, venoſa, ſubcoriacea, virentia, ſubtus ſqualide pallidiora, plana, fragrantia, 2-3. poll. longa, 2. pollic. lata. Fl. plurimi, ſecus turionem axillar. uti verticillati: in horto ſæpius 5 e ſingula ala, quorum inferi 2 ſerotini, pedunculis horizontal. coccin. 1. $\frac{1}{2}$ poll. long. Pedunc. breves, patuli, 1-fl. apice articulati. Bract. nonnullæ, duæ ma. e ſingulo latere ſingula, foliac. acutæ, reflexæ. Cor. lab. ſuper. rectum, elongato-galeatum, ſubintegrum, denſe barbatum, lateribus conniventibus. Lab. infer. ad angulum rectum dependens, ſubrotun. obtuſum, 3-fid. villoſum; lacin. lateralibus obtuſis; extima lata, brevi, emarginata.

Spielmanni. S. caule, ramiſque verticillo terminatis: fl. me-

dio erecto; cæteris horizontalibus patentibus. *Scop. Delic. Insub. fasc.* 3. *tab.* 15.

Habitat . . . .

Caul. sub 2 ped. obtuse 4-gonus, rigidus, pilosus; ramulis angulum acutum cum caule efficientibus ramulosis. Fol. ovata, crenata, rugosa, nervo medio dimidia parte albicante; inferiora petiolata, superiora sessilia. Verticil. 6-10-fl. remoti. Cal. 10. angulat. dentibus brevi, rubella spinula terminatis; villosus. Cor. rubro-violac. galea obtusa, compressa, villosa, labio vix longior: labio palliatiore, trilobo; lobo medio maiore, emarginato, subrotundo, sursum concavo; lateralibus parvis, obtusis, subellipticis: tubo albo. Sem. 2-4. fusca.

47. COLLINSONIA. Cor. inæqual. lab. infer. multifido, capilli ri. Sem. 1. perfectum.

1. *canadensis*. C. *Syst. veg. ed.* 14. *Act. Upsal.* 1743. *pag.* 85. *Cold. noveb.* 8.

In Virginiæ, Canadæ sylvis 4.

Caul. simpl. vel brachiat. Fol. magna, opposita, longe petiol. ovato-acumin. serrata. Spicæ laxæ. Cor. dilute lutea. *Odor Melissæ*.

48. MORINA. Cor. inæqual. Cal. fructus 1 phyll. dentat. Cal. floris 2-fid. Sem. 1. sub calyce floris.

1. *persica*. M. *Syst. veg. ed.* 14. *Tourn. it.* 3. *tab.* 132.

In Persia ad Hispaham 4.

Caul. 2-ped. & ultra, purpurasc. Fol. Carlinæ æmula, 4-5. poll. longa, pollicem lata; laciniis undulatis, spinis subluteis. Fl. spicati, albi, aut purpur. margine albescente, odore Caryophylli.

49. GLOBBA. Cor. æqualis, 3-fid. Cal. superus, 3-fid. Caps. 3-locul. Sem. plurima.

1. *marantina*. G. spica terminali, erecta. *Syst. veg. ed.* 14.

In India orient. 4.

Caul. herbac. simpl. Fol. alterna, petiolata, (omnino Marantæ) petiol. membranac. vaginantibus vaginis apice truncatis. Spica fl. remotis: bract. ovatæ, fl. longiores.

2. *nutans*. G. spica terminali, pendula. *Syst. veg. ed.* 14. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 62. 63. (*In Suppl. hoc Synon. ad Renealmiam pertinet.*)

In India Orient.

Datur ma. & min. In ma. caul. 14-18. ped. Fol. alterna, 3-ped. & ultra, 2-palmos lata, tenuia, glabra, venis paralell. tranſverſalibus. Fl. rubri. Fruct. ovi columbini magnitudine, rubri. In min. caul. 2-3. ped. 2-phyl. Fol. magis vaga, & anguſta; inferiora acut. Fl. racemoſi, albi, ruſi, lutei.

3. *uniformis*. G. ſpica laterali. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rumph. amb. 6. tab.* 69. f. 2.

In India Orient. ♃.

Radix articulata. Caul. 12-14. ped. in Amboina 7-8. Fol. poll. 14-16. longa, 5-6. digit. lata, ſupra glabra, interſe virid., ſubtus lanuginoſa, pallidiora. Fl. albidi. Baccæ paulo ma. uvis, albeſcentes; ſiccæ nigræ, e rotundo-angulosæ.

4. *japonica*. G. racemo terminali cernuo: fol. enſiformibus, integris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

Jamma Myoga. *Kæmp. Amæn. ex. Faſc.* V. *pag.* 827.

In Japonia.

Scap. 2-ped. & ultra, ſimpl. fol. vaginatus, ſtriatus. Fol. pauca, pedalia, 2-poll. lata, glabra, ſupra ſature viridia, ſubtus pallidiora. Fl. multi. Capſ. ovata.

50. THOUINIA. Cal. 4-part. Cor. 4-pet. Anth. ſeſſiles.

1. *nutans*. T. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Zeylona.

Arbor glabra. Fol. oppoſita, breviter petiol. elliptica, obtuſiuſc. integerr. glaberrima, venoſa. Panicul. axill. ſolitar. Fl. nutantes, purpur. *Singularis eo quod ſtam. ſingulum continet* 2. *petala.*

51. ANCISTRUM. Cal. 4-ariſtat. ariſtis terminatis glochidibus cruciatis. Cor. 4-fid. ſtigma penicillatum.

1. *Sanguiſorbæ*. A. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.* A. *Anſerinæfolium. Forſt. Gen.*

In nova Zeelandia.

Herba, & efflorescentia refert Sanguiſorbam. Fol. alterna, impari-pinn. foliol. cuneiform. profunde ferrat. ſubtus canis. Stipul. profunde inciſæ. Pedunc. terminal. ſolitar. longus. Capitulum globoſum, fl. aggregatis. Cal. cum cor. extus hiſutus. *Singularis ariſtis calycin. luteis, glochidatis, ſeu hamis vulpium ſimilibus.*

DIGYNIA.

52. ANTHOXANTHUM. Cal. gluma 2-valv. 1-fl. Cor. gluma 2-valv. acumin. fem. 1. *Avenæ proximum eſt, ſed duobus tantum ſtaminibus a reliquis Graminum generibus diſtinguitur.*

1. *aculeatum*. A. ſpicis ſubglobosis: involucr. foliaceo, brevi, mucronato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*

Schœnus *aculeatus ſp. plant.*

Agroſtis aculeata. *All. Fl. Ped.*

Phleum *Schœnoides. Jacq. Auſtr.* 1. *tab.* 7. *Schreb. gram. tab.* 32. *Licet Jacq cum Lin. iun. duo ſtam. modo numeret, ob defectum tamen reclarii, ariſtalium dorſalium, removet ab hac genere; & vel Phleis adnumerandum, vel pro ſingulari genere habendum cenſet Jacq.*

In Hiſpania, Sibiria, & agro Nicæenſi ♃.

Culm. pl. diffuſi, palm. ramoſi, vaginis fol. veſtiti. Fol. Graminea, lævia, margine ſcabra; ſuper. ſenſim latiora. Spica ſubgloboſa, fere faſtigiata, fl. fere ſeſſilibus in ſinu involuc. Involuc. 3-phyll. foliaceum, ſpica paulo longius. Foliola ſeſſil. ovata, oblonga, apice mucronata. Tertium in ſinu paucos fl. continet. Reliqua, glumæ inſtar, fl. in capitulum ſpicatos gerunt.

2. *odoratum*. A. ſpica obl. ovata: floſc. ſubpeduncul. ariſta longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 666. *Schreb. gram. tab.* 5. *Stillingbl. miſc. tab.* 1. *Giſech. ic. faſc.* 1. f. 2.

Gramen Alopecurum &c. *Moris. Hiſt.* 3. *tab.* 7. f. 25.

Gramen avenaceum &c. *Monti. ic.* 84.

In Europæ pratis ♃.

Culm. 1-2. ped. Fol. hirſuta, ſuper. breviter lanceol. attrita odore Aſperulæ *odoratæ*. Spica ex ſinu folii, laxa, flaveſcens. Glumæ glabræ. *Var. ſpica multo longiore, & interrupta.*

3. *indicum*. A. ſpica lineari; floſculis ſeſſilibus, ariſta brevioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.

In India.

Caul. pedal. adſcendens, articulatus. Fol. brevia, lata. Spica anguſtiſſ. rara.

4. *crinitum*. A. penicula ſpicæfor. cylindrica, ariſtata; ariſtis longis, patentibus, laxis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
In nova Zeelandia.
Gramen altum, glabrum. Panicula coarctata. Gluma corallina, ariſtata.

5. *paniculatum*. A. fl. paniculatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Rudb. elys.* 1. f. 14.
In Europa auſtrali.
Habitus A. *odorati*. Panic. flaveſc. Cal. 4-fl. Fl. mutici.

---

avenaceum. A. ſpica ſecunda: calyc. pilos: floſculi ariſta longa, torta, geniculata. *Retz. Obſ.* faſc. 3.
In Tranquebaria.
Facies omnino Avenæ propter ariſtas, ſed ſtam. tantum 2.

TRIGYNIA.

53. PIPER. Cal. o. Cor. o. Bacca monoſperma.

1. *nigrum*. P. fol. ovat. ſubſeptemnerviis, glabris; petiol. ſimpliciſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. alm. tab.* 437. f. 1. *Moris. hiſt.* 3. f. 15. *tab.* 1. f. 1. *Black. tab.* 348.
Melago codi. *Rheed. mal.* 7. *tab.* 12.
In India ♄.
Caul. articulat. dichotom. ſpongioſus, lævis. Fol. alterna, petiolat. obtuſiuſc. craſſa, integerr. Spica oblong. peduncul. conſtans baccis multis, ſeſſilibus.

2. *Betle*. P. fol. oblongiuſc. acumin. 7-nerviis, petiolat. 2-dentat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Zeyl. tab.* 82. f. 2.
Betela-codi. *H. mal.* 7. *tab.* 15.
In India ♄.
Caul. angulati, ſtriati, læves. Fol. baſi ſubobliqua. Spica cylindrica, ſæpe pendula.

3. *Malamiri*. P. fol. ovat. acutiuſcul. ſubtus ſcabris: nervis 5. ſubtus elevatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Sirium. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 116. f. 2.

Amalago . *H. mal.* 7. *tab.* 16.
In India utraque .
Frutex caul. volubili , ſtriato , tereti . Fol. tenuia , ſupra virid. ſubtus cinereo-ſcabra .

4. *Amalago .* P. fol. lanceol-ovat. 5-nerviis , rugoſis . *Syſt. veg. ed.* 14. *Sloan. hiſt.* 1. *tab.* 87. f. 1.
P. frutex &c. *Pluk. alm. tab.* 215. f. 2. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 116. f. 1.
In Jamaica .
Rami flagelliform. Ad nodos folia ſolitaria , 5-6. poll. longa , palmum lata , petiolata , ſupra glabra , parum nitida , quandoq. auriculata . Pedunc. axillar. *Var. fol. ma. nigrovirentibus , aut flaveſcentibus .*

5. *Siriboa .* P. fol. inæqualiter cordatis , ſubſeptemnerviis , venoſis . *Syſt. veg. ed.* 14. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 117. f. 2.
Betela . *Bont. jav. tab.* 91.
In India .
Caul. lævis . Fol. ſpithamea , alterna , petiolata , acuta . Spica tenuis , anguſta .

6. *longum .* P. fol. cordatis , petiolat. ſeſſilibuſq. *Syſt. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 356. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 116. f. 2. *Pluk. alm. tab.* 104. f. 4.
Cattu-tirpali . *Rheed. mal.* 7. *tab.* 14.
In India .
Facies Ariſtolochiæ Piſtolochiæ . Fol. ſuper. ſæpe ſeſſil. anguſtiora . Rami dichotomi .

7. *decumanum .* P. fol. cordatis , 9-nerviis , reticulatis . *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. Am. tab.* 6.
Sirum &c. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 27.
In Indiis ♄ .
Adfinis nimis P. reticulato , ut forte varietas .
Caul. articulat. Fol. magna , ſub 7-pedal. 5-6. poll. lata , petiolata , rugoſa , ſcabra , ſubtus pallidiora ; inferior fol. pars plerumq. brevior eſt ſuperiore . Fruct. primum pallide viridis , dein fuſcus .

8. *reticulatum .* P. fol. cordatis , 5-nerviis , reticulatis . *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. Am. tab.* 75.
Jaborandi . *Marcgr. bras .*
In Martinica , Braſilia .
Frutex ſarmentoſus , ſcandens . Spica axillar.

9. *aduncum*. P. fol. ovat-lanceol. nervis alternis: ſpicis uncinatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
P. longum &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 87. f. 2.
Saururus &c. *Plum. Am. tab.* 77.
In Jamaica.
Frutex. Caul. pl. ramoſi. Fol. Lauriform. 8. poll. longa, 3. lata, rudia, ſubtus ſaturatiora. Fruct. aduncus.

10. *pellucidum*. P. fol. cordatis, petiolat. caul. herbaceo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Hort. cliff. tab.* 4.
Saururus &c. *Plum. Am. tab.* 72.
In America calidiore ☉.
Caul. pedal. anceps, unctuoſus, ſubdiaphanus: rami alterni, ramoſi. Fol. ſub ſingulo ramo unicum, ſubrotundum, albeſcens, ſubdiaphanum. Spicæ axill. longitudine digiti dimidii. Fl. & ſpica virid. *Comeditur crudum ut Lactuca.*

11. *acuminatum*. P. fol. lanceol-ovat. nervoſis, carnoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. Am. tab.* 71.
In America calidiore.
Similis obtuſifolio, ſed fol. acuminata.

12. *Cubeba*. P. fol. oblique ovat. ſeu oblong. venoſis, acutis; ſpica ſolitar. pedunc. oppoſitifol. fructibus pedicellatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
In Java.
Frutex glaberrimus. Caul. flexuoſus, articulat. Fol. non tenera, ut in pl. huius generis ſpeciebus, alterna, petiolata, integerr. venoſa: margo in uno latere non tam longe decurrit, quam in altero. Spicæ breves, in quibus baccæ illæ pedicellatæ, quæ in Offic. nomine *Cubebarum* ſunt notæ.

13. *capenſe*. P. fol. ovatis, acuminat. nervoſis, nervis villoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Differt a reliquis maioribus hujus generis, quibus ſimillimum, venis pagina inferior. villoſis.

14. *retuſum*. P. fol. obovat. retuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.

15. *latifolium*. P. fol. cordatis, multinerviis, petiolatis: ſpicis axillar. plurimis pedunculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Taheiti.

Fol. magna, ſubrotunda, profunde cordata, acuta, integerr. glabra, tenera, nervoſa, petiol. baſi dilatatis, & amplexicaul. Spicæ 5-pl.

16. *obtuſifolium*. P. fol. obovatis, enerviis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 70.
In America calidiore.
Caul. volub. ramoſi, nodoſi. Fol. ſubſeſſil. 3. poll. longa, 1. $\frac{1}{2}$ lata.

17. *rotundifolium*. P. fol. orbiculat. ſolitar. carnoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 69.
In America calidiore.
Fol. parva, odore fragranti, craſſa, læte virentia.

18. *maculoſum*. P. fol. peltatis, ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 66.
In Domingo.
Caul. volubil. maculatus. Fol. ſemiped. & ultra longa, 4. poll. lata, ad baſin emarginata, tenera, ſucculenta, ſubtus ſaturiora.

19. *peltatum*. P. fol. peltatis, orbiculato-cordat. obtuſis, repandis: ſpic. umbellatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 74.
Lomba. *Rumph. amb. 6. tab.* 59. f. 1.
In Indiis.
Frutex fol. amplis.

20. *diſtachion*. P. fol. ovat. ſpicis coniugatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 67.
In Americæ Gallia æquinoct.
Caul. ſarmentoſi, ramoſi, maculati. Fol. longe petiol. 4-poll. longa, 2-lata. Spicæ pedunculatæ.

21. *umbellatum*. P. fol. cordat. ſubrot. acut. venoſis: ſpicis umbellatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 73.
In Domingo.
Caul. 4-5. pollic. nodoſus, verrucoſus, medulloſus. Fol. ampla, 2-pedal. petiolata, ſubtus ſaturiora.

22. *trifolium*. P. fol. ternis, ſubrotundis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. am. tab.* 68.
In Americæ Gallia æquinoct.
Caul. nodoſi, albeſcentes. Fol. ſucculenta, aſpera, ſubtus ſaturiora.

23. *quadrifolium*. P. fol. quaternis, cuneiformibus, ſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Saururus &c. *Plum. ic. tab.* 242. f. 2.
In America meridionali.
Planta humilis, repens, ramoſa, dichotoma. Cauliculi erecti, Folia craſſa, emarginata, nervoſa. Spica terminal. ſimplex, ſtrigoſa.

24. *reflexum*. P. fol. quaternis, ovatis, obtuſ. reflexis: caul. ſulcato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Ad cap. b. Spei.
Refert Valantiam.

25. *verticillatum*. P. fol. verticillat. ovatis, trinerviis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Jamaica ☉.
Planta tenera, digital. erecta. Fol. petiolata, obtuſa, integerr. ſucculenta. Spicæ ſimpl. foliis multo longiores.

---

arboreum. P. ampliſſim. foliis. *Aubl. Guian. Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 88. f. 1.
In Jamaica &c.

NOVA GENERA.

GYMNANDRA.

Cal. ſeſſil. baſi hinc gibbus, biangulat. compreſſus, inæqualiter truncato-3. dent. dentibus lateralibus obtuſangul. geminatis, infero acuto, altius diſcreto.

Cor. parva, ringens; tubus cernuus: labia parva; ſuper. obl. obtuſo.

Stam. ex cor. laterali margine denticulum ſetaceo-obl. pro filamento. Anth. didyma.

Piſt. Germ. ovatum: ſtylus cor. longior: ſtigma capitatum, didymum.

Peric. Caps. ovato-acuta, compreſſa, apice 4-dent. dehiſcens, ut in Pediculari; 2-loc.

Sem. in ſingulo loculo unicum, oblon. utrimq. acutum, ſulcat. luteum.

Ordine naturali, licet diandra, Bartſiæ, & Pediculari proxima videtur.

1. *borealis*. G. *Pall. it.* 3. *tab.* A. f. 1.
In ruptibus Dauuriæ ♃.
Caul. dodrant. impl. erect. inferne nudus, ad apicem foliis vel 2. parium oppositis, vel 4. usque ad flores, alternis, sessilibus, ovat. subserrat. vel integris. Spica florida vix pollic. confertim imbricata; gravida triplo longior. Bract. sessil. ovat-acut. cœruleſc. venosæ, cal. maiores. Cal. bracteis concolor, sessil. subdiaphan. Cor. cœrul. *Var. fol. lato-lanceol. serratis*: *spica tenui*: *fl. paucioribus distantibus*.

AROUNA.

Cal. Perian. 1-phyll. minimum, 5-part. lacin. acutis.
Cor. nulla.
Stam. Filam. 2. opposita, disco pistil. inserta. Anth. subrot. 2-locul.
Pistil. Germ. conicum: styl. tenuis, incurvus: stig. obtus.
Peric. Capſ. 2-sperma, ab uno latere sulcata.
Sem. 2. pulpa rufescente, acida obvoluta; sæpe unum abortiens.
1. *Guianensis*. A. *Aubl. Guian. tab.* 5.
In Guiana ♄.
Arb. 30-40. ped. superne ramosus, ramulis hinc inde divaricatis. Fol. alterna, impari-pinn. Foliol. alterna, ovata, obtuse acumin. glabra. Stipul. 2. deciduæ. Fl. racemoso-pannicul. numerosi, virid. Capſ. fusca.

VOCHI.

Cal. Periant. 1-phyll. 4-part. lacin. subrot. ad oras villosis; duabus ma.
Cor. 4-petal. petalis inæqualiter calyci insertis: superius pone elongatum in tubum obtusum, incurvum, clausum; pars super. expanditur in lobum erectum, oblong. emarginatum, limbo utrimq. incurvo. Petala 2. lateral. min. ungue lato inserta, mutuo conniventia; inferius amplum intra lateralia positum, ipsisque incumbens.

Stam. Filam. unicum, oblong. latum, membranac. apice concavum, cal. fundo infertum. Anth. 2. oblon. nigricantes, in cavitate filam. partim reconditæ.

Piſtil. Germ. ſubrot. ſubtrigon. Styl. longus, incurv. carnoſus. Stigma ab una parte convexum, ab altera complanatum.

Peric. immaturum, tranſverſe ſectum, 3-locul.

Sem. plurima.

1. *Guianenſis*. V. *Aublet. Guian. tab.* 6.

In Sylvis Sinemarienſibus ♄.

Arb. 60-80. ped. ſuperne ramoſus: rami multi, erecti, concinne ſparſi. Fol. oppoſita, breviter petiol. ovata, acuta, integerr. glabra, e luteo-virentia. Stipul. 2. breves. Fl. racemoſi, bracteati, lutei, odori.

CYRTANDRA.

Cal. Periant. 1-phyll. inferum ovat-obl. 5-fid. ſub 2-lab. lacin. acuminatis, 2. inferior. profundius diviſis.

Cor. monopet. irregul. Tubus cylind. erect. dein parum inflexus, baſi oblique ſciſſus, ad faucem ampliatus, cal. longior. Limb. 5-part. lacin. orbiculatis; 2. ſuper. min. planis; 3. inferior. patentiſſ. concavis. Nectar. breviſſ. urceolatum, germen ambiens.

Stam. Filam. 2. brevia, filiform. ſpiralia, in fauce cor. labio infer. adnata. Anth. ovat. compreſſæ. Rudimenta 2. filamentorum tenuia, infra ſtam. fertilia tubo inſerta.

Piſtil. Germ. conicum. Stylus cylindric. rectiuſc. longitudine tubi. Stigm. clavatum, 2-lab.

Peric. Bacca obl. ſucculenta, 2-locul.

Sem. plurima, minima, in arcubus involutis diſpoſita.

Adfinis Besleriæ.

1. *biflora*. C. involucr. 2-floris. *Forſt. gen.*
2. *cymoſa*. C. peduncul. nudis. *Forſt. gen.*

BANKSIA.

Cal. nullus.

Cor. monopet. tubulosa. Tubus cylindric. Limb. 4-part. patenti-reflexus, lacin. æqualibus, ovalibus tubo brevioribus.

Stam. Filam. 2. fauci inserta, recta, filiform. fere longitudine tubi cor. Anth. ovatæ.

Pistil. Germ. ovatum. Styl. filiform. longitudine tubi. Stig. maiusc.

Peric. ovat. villosum, 1-locul. non dehiscens.

Sem. solitar. involucr. oblong. glabrum.

1. *Gnidia*. B. fol. subpetiolat. lanceol. rigidis. *Forst. gen.*
2. *tomentosa*. B. fol. subpetiolat. oblon. flaccidis, pilosis. *Forst. gen.*
3. *prostrata*. B. fol. sessilibus, ovat-oblong. carnosis. *Forst. gen.*

CLASSIS III.

TRIANDRIA.

MONOGYNIA.

* *Fl. ſuperi.*

54. *Valeriana*. Cal. o. Cor. 1-pet. ſupera, baſi hinc gibba, limbo 5-fid. Sem. 1.

61. *Melothria*. Cal. 5-fid. Cor. 1-pet. campanulata. Bacca 3-locul. polyſper.

67. *Crocus*. Cor. 6-fid. erecto-patula. Laciniæ 3 minores, quæ filamentum ungui adnexum non habent, ad baſin gerunt barbulam, pl. pilis compoſitam. Barbula hæc in reliquis limbi laciniis deſiderat.tur. Stigmata convoluta, colorata. Capſula ſubrotunda. *Numero ſtam. & ſpatha duplici differt a Colchico.*

72. *Iris*. Cor. 6-part. laciniis alternis, reflexis. Tubæ apex 3-fid. abit in 3 lacinias petalifor. tegentes ſtam. Capſ. 3-locul. polyſper.

73. *Moræa*. Cor. 6-pet: petalis omnibus patulis.

71. *Antholyza*. Cor. tubuloſa, recurvata, irregular. 6-fid. Capſ. infera.

70. *Gladiolus*. Cor. 6-part. ringens; petal. 3 ſuperioribus convergentibus. Stam. adſcendentia. Tuba 3-fid.

68. *Witſenia*. Cor. cylindrica, 6-part. Stigma emarginatum.

69. *Ixia*. Cor. 1-pet. tubuloſa, tubo recto, filiformi; limbo campanulato, 6-part. æquali, patente. Stigm. 3, ſimplicia.

74. *Dilatris*. Cal. o. Cor. 6-pet. hirſuta. Filam. tertium reliquis minus. Stigm. ſimpl.

** *Fl. inferi.*

75. *Wachendorfia*. Cal. o. Cor. 6-pet. inæqual. patens. Capſ. 3-locul.

76. *Commelina*. Cor. 6-pet. Pet. 3-4 calyciformia. Nect. 3 cruciata, filamentis propriis inſerta.

66. *Hippocratea*. Cal. 5-part. Cor. 5-pet. Capſ. 3, obcordatæ, 2-valv.

64. *Læslingia*. Cal. 5-phyll. Cor. 5-pet. minima. Capſ. 3-valv. 1-locul.

60. *Willichia*. Cal. 4-fid. Cor. 4-fid. Capſ. 2-locul. polyſper.

56. *Tamarindus*. Cal. 4-part. Cor. 3-pet. Nectar. ſetis 2 brevibus ſub filamentis. Legum. pulpoſum.

77. *Calliſia*. Cal. 3-phyll. Cor. 3-petal. Antheræ geminæ. Capſ 3-loc. *Adfinis Commelinæ, ſed Nectar. orbata.*

57. *Rumphia*. Cal 3-fid. Cor. 3-pet. Drupæ nucleus 3-locul.

58. *Cneorum*. Cal. 3-dent. Pet. 3, æqualia. Bacca 3-cocca.

78. *Xyris*. Glumæ 2-valv. in capitulum. Cor. 3-pet. æqualis, crenata. Capſ. 3-locul.

59. *Comocladia*. Cal. 3-part. Cor. 3-part. Styl. 0. Drupa oblonga, nucleo 2-lobo.

55. *Olax*. Cal. integer. Cor. infundibulif. 3-fid. nectar. 4-phyll. Glanſ.

62. *Rotala*. Cal. 3-dent. Cor. 0. Capſ. 3-loc. polyſper.

63. *Ortegia*. Cal. 5-phyll. Cor. 0. Capſ. 1-locul. 3-valv. polyſper.

65. *Polychnemum*. Cal. 5-phyll. Fol. inæqual. lanceol. petaliform. Sem. 1, ſubnudum, lanceolat. involucro ſericeo incluſum.

*** *Fl. Graminei, valvulis Glumæ calycinæ.*

79. *Schœnus*. Glumæ paleaceæ, 1-valv. congeſtæ. Cor. 0. Sem. 1, ſubrotundum inter Glumas. *Differt a Scirpo ſquamis omnibus fertilibus. A Cypero, glumis folliculi incerti numeri, laxe ſine ordine congeſtis, aut laxe imbricatis.* Locula, ſive ſpica multifl.

80. *Cyperus*. Pl. ſpicæ in capitulum congeſtæ, multifl. complanatæ. Glumæ paleaceæ, diſtiche imbricatæ.

81. *Scirpus*. Glumæ paleaceæ, undique imbricatæ. Cor. 0. Sem. 1, imberbe. *Differt a Cypero ſpicis non diſtiche imbricatis, & non complanatis, ſed obæſis, & ſem. ſetulis circumvallato.*

84. *Eriophorum*. Spica brevis, paucifl. imbricata, ſquamis oblongis. Cor. 0. Sem. 1, lana longiſſima cinctum, ut capitulum reddat tomentoſum.

85. *Nardus*. Fl. ſolitar. ſpicati. Glumæ folliculi binæ, anguſtæ, acuminatæ, etiam ariſtatæ. Sem. lanigerum.

87. *Lygeum*. Cal. ſpatha 1-phyll. Cor. binæ ſupra idem germen. Nux 2-locul.

82. *Kyllingia*. Amentum ovatum, oblong. imbricatum. Cal. & cor. 2-valv.

83. *Fuirena*. Ament. imbricatum ſquamis ariſtatis. Cal. 0. Cor. glumis 3, petaliformibus, obcordatis, cirrho terminatis.

86. *Pommereulla*. Cal. turbinatus, 2-valvis: valvulæ 4-fid. dorſo ariſtatæ.

DIGYNIA.

* *Fl. uniflori, vagi.*

88. *Bobartia*. Cal. multivalv. imbricatus. Cor. gluma 2-valv. ſupera.

93. *Panicum*. Cal. 3-valv. valvula tertia dorſali minima, poſt alteram poſita.

89. *Cornucopiæ*. Involuc. comm. 1-phyll. infundibulif. crenatum, multifl. Cal. 2-valv. Cor. 1-valv. *Alopecuro nimis affine.*

112. *Ariſtida*. Cal. 2-valv: Cor. 1-valv. ariſtis 3 terminalibus.

95. *Alopecurus*. Cal. 2-valv. Gluma cor. ſive folliculi 1-valv.

94. *Phleum*. Cal. glumæ 2-valv. cuſpidatæ, & intus truncatæ.

91. *Phalaris*. Cal. 2-valv. carinatus, acuminatus, æqualis longitud. corollam includens.

92. *Paſpalum*. Cal. 2-valv. valvis ſubrotundis fig. cor. Stigmat. penicilliform.

96. *Milium*. Cal. 2-valv. 1-fl. valvulis ventricoſis, ſubæqualibus, cor. maioribus. Stigmat. penicilliform.

97. *Agroſtis*. Glumæ cal. & folliculi acumin. aut etiam ariſtatæ; ſed glumæ follic. calycin. glumis longiores. Fl. diſtantes.

103. *Dactylis*. Cal. 2-valv. compreſſus, altera valvula maiore, carinata. Cor. compreſſa.

107. *Stipa*. Cal. 2-valv. 1-fl. Cor. valvul. exter. ariſta terminali, baſi articulata. *Dignoſcitur glumæ corollinæ ariſta longiſſima.*

110. *Lagurus*. Cal. glumæ ariſtatæ, ariſta villoſa. Follicul. 2-glumis, valvula maiori, terminata duplici ariſta, cum tertia dorſali retorta; valvula altera min. acuminata. Sem. oblong: ariſtatum, folliculo arcte incluſum.

90. *Saccharum*. Cal. lanugo longa extra calyc. *in quo differt ab Arundine*. Cor. 2-valv.

* *Arundo epigejos, calamagroſtis, arenaria.*

** *Fl. biflori, vagi.*

98. *Aira*. Cal. 2-valv. 2-fl. Floſculi abſque rudimento tertii.

99. *Melica*. Corpuſcul. pedunculatum inter floſculos (rudimentum fl.) characterem eſſentialem præbet. Cal. 2-valv. 2-fl. glumis ovatis, muticis, æqualibus. Follic. glumæ muticæ, inæquales.
* *Tripſacum hermaphroditum*.

*** *Fl. multifl. vagi*.

102. *Uniola*. Cal. multivalv. carinatus. Spicula ovata, carinata.

101. *Briza*. Locuſta multifl. mutica. Cal. glumæ cordato-concavæ, æquales, obtuſæ. Fl. in ſpicam cordatam, diſticham collecti. Folliculi valva inferior ventricoſa, maior, glumis calycin. ſimilis: ſuperior minor, plana. Sem. ex folliculo ſecedens.

100. *Poa*. Cal. 2-valv. multifl. Spicula ovata, valvulis margine ſcarioſis, acutiuſculis. Sem. folliculo arcte involutum.

105. *Feſtuca*. Locuſta tenuis, multifl. Cal. inæquivalv. 2-glum. glumis acuminatis, muticis. Follicul. 2-valv. valvula infer. ma: acuminata, aut etiam ex dorſo ariſtata.

106. *Bromus*. Cal. glumæ acumin. muticæ, infer. min. Follic. gluma infer. ma: concava, apice 2-fid. ariſtam rectam infra apicem emittens: ſuper. min. eſt, mutica. Sem. folliculo arcte incluſum.

108. *Avena*. Cal. 2-glum. multifl. glumis ventricoſis, non ariſtatis. Ariſta e dorſo cor. articulata, contorta. Germina pappus ſericeus ſæpe circumdat.

111. *Arundo*. Cal. 2-valv. Floſc. vagi, congeſti, lana cincti. Sem. lanuginoſo folliculo arcte incluſum.

109. *Anthiſtiria*. Cal. æqualiter ad baſin fiſſus in lacinias 4, æquales.
* *Dactylis glomerata*.

**** *Spicati receptaculo ſubulato*.

116. *Secale*. Cal. oppoſitus, 2-fl. 2-valv. ſolitarius.

118. *Triticum*. Cal. 2-valv. ſolitarius, ſub 3-fl. Flos obtuſiuſculus, acutus. Scapus alterne flexuoſus, & ſcrobibus exciſus. *Solus ſitus ſpicular. diſtinguit Triticum a Bromis*.

117. *Hordeum*. Locuſta 3-fl. ſive ex 3 diſtinctis fl. conſtans. Cal. comm. 6 anguſtis foliol. componitur; duobus nempe, glumarum inſtar, ſingulo folliculo ſubiectis, & ariſtatis. Follicul. 2-valv. valvula ex-

teriore ventricosa, in aristam longam desinente; inter. plana. Sem. follic. arcte involutum. Scapus alterne flexuosus, & scrobibus excisus.

114. *Rottböella*. Rachis articulata, teretiuscula, in pl. filiformis. Cal. ovat-lanceol. planus, simpl. seu 2-part. Flosc. alterni, in rachi flexuosa.

115. *Elymus*. Fl. dentibus flexuosi scapi insidentes. Locustæ geminæ, multifl: quælibet spicula duabus non glumis, sed rigidis setis excipitur. Follic. quilibet 2-valv. valvula exter. aristata; inter. plana.

113. *Lolium*. Fl. spicati, distichi, locust. multifl. ad flexuosum scapum sessilibus. Fovea nimirum in scapo est loco valvæ calycinæ, atque ex altera parte gluma una, longa, calycina, sive foliol. in cuius ala sedet spicula. Follic. quilibet 2-glumis ex valvis inæqualibus. Sem. nudum.

104. *Cynosorus*. Cal. 2-valv. multifl. Receptacul. proprium unilater. foliaceum. *Differt a Phleo follicul. integerrim.*

TRIGYNIA.

* *Fl. inferi.*

123. *Holosteum*. Cal. 5-phyll. Petal. 5. æqualia, emarcida, Capsf. subcylindrac. 1-locul. apice dehiscens, polysper.

125. *Polycarpon*. Cal. 3-5. phyll. Cor. 5-pet. minima, ovata, emarginata, persistens. Capsf. 1-locul. 3-valv.

129. *Lechea*. Cal. 3-phyll. Petal. 3. linear. Capsf. 3-locul. 3-valv. valvulis totidem interioribus. Sem. 1.

119. *Eriocaulon*. Cal. comm. capitulum imbricatum. Pet. 3. æqualia. Stam. supra germen. Sem. 1. coronatum cor.

120. *Montia*. Cal. 2-3. phyll. Cor. parva, 1-pet. irregular. 5-part. lacin. 3. alternis minoribus.

126. *Mollugo*. Cal. 5-phyll. Cor. o. Capsf. 3-loc. 3-valv.

127. *Minuartia*. Cal. 5-phyll. Cor. o. Capsf. 1-locul. 3-valv. Sem. nonnulla.

128. *Queria*. Cal. 5-phyll. Cor. o. Capsf. 3-valv. 1. locul. 1-sperma. *Simil. Minuartiæ, sed differt semin. numero.*

124. *Koenigia*. Cal. 3-phyll. Cor. o. Sem. 1., ovatum, nudum.

122. *Triplaris*. Cal. maximus, 3-part. Cor. o. Nux triquetra intra cal.
* *Tillæa*.

** *Fl. ſuperi*.

121. *Proſerpinaca*. Cal. 3-part. ſuperus. Cor. o. Sem. 1., trilocul.

MONOGYNIA.

54. VALERIANA. Cal. o. Cor. 1-pet. baſi hinc gibba, ſupera, 5-fida. Sem. 1.

1. *rubra*. V. fl. monandris, caudatis: fol. ovato-lanceol. ſubintegerr. *Syſt. veg. ed.* 14.
V. marina &c. *Moris. hiſt. ſect.* 7. *tab.* 14. f. 15.
In Italiæ, Helvetiæ &c. muris, & ruderatis 4.
Caul. cubital. ramoſus. Fol. ima petiolat. ſuper. ſeſſilia, lævia, interdum pene cordata, quandoq. dentata. Cor. purpur. vel alba.

2. *calcitrapa*. V. fl. monandris: fol. pinnatifid. *Syſt. veg. ed.* 14. *Moris. hiſt.* 3. f. 7. *tab.* 14. f. 7.
In Luſitania, Oriente ☉.
Caul. cubital. ramoſi. Fol. humifuſa. Cor. dilute rubra.

3. *cornucopiæ*. V. fl. diandris, ringentibus: fol. ſeſſilibus, ovatis. *Syſt veg. ed.* 14. *Sabb. hort. rom.* 2. *tab.* 19.
Pſeudo-Valeriana &c. *Moris. hiſt.* 3. f. 7. *tab.* 16. f. 27.
In America, Hiſpania, Sicilia ☉.
Caul. pedal-cubit. tenellus, plerumq. ad ſingulos nodos in 2. ramos diviſus, ac ſubdiviſus. Fol. pauca, pallide virent: ſuper. quandoq. ſinuata. Pedunc. incraſſati. Sem. abſq. pappo.

4. *dioica*. V. fl. triand. dioicis: fol. (caulinis) pinnatis, integerr. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 687. *Moris. umb. tab.* 10. *Black. tab.* 284. *Riv. mon. tab.* 2.
In Europæ, & Orientis campis uliginoſis 4.
Fl. numquam dioici, ſed hermaphroditi, ſeu monoici. Scop. Fl. Carn. Ex rad. odorata exeunt ſtolones folioſi. Caul. pedal. trichotomus. Fol. radicalia ovata, & elliptica. Cor. ſubrubella.

5. *officinalis*. V. fl. triandris: fol. omnibus pinnatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 570. *Ludw. ed. tab.* 99. *Black. tab.* 271.
In Europæ nemoribus paludoſis ♃.
Altitudo humana. Caul. ſulcatus. Fol. valde inciſa, dentata, craſſis venis, ſubtus ſubhirſuta. Cor. ex albo-purpuraſc. *Var. fol. anguſtioribus, & latioribus, ſplendentibus.*

6. *Phu.* V. fl. triandris: fol. caulinis pinnat. radicalibus (plerumq.) indiviſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ludw. ed. tab.* 98. *Black. tab.* 250.
In Alſatia, Sileſia ♃.
Differt a priore caule non ſulcato; & foliol. exterior. ma. *Variat fol. radicalibus lyratis.*

7. *tripteris*. V. fl. triandris: fol. dentatis: radicalibus cordat. caulinis ternatis, ovat-oblon. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr. tab.* 268.
V. alpina &c. *Pluk. alm. tab.* 231. f. 7. *Barrel. tab.* 742.
In alpibus Helvetiæ, & Auſtriæ ♃.
Radix odora. Caul. ſubped. Fol. radical. longe petiol. caulina non preciſe ternata, ſed 3-fid. lacinia intermed. ma. lanceol. ſumma linear. & indiviſa. Involuc. propria ſunt 2-phyll. ſetacea. Fl. purpuraſc. quandoq. albi, odori.

8. *montana*. V. fl. triandris: fol. ovat-oblong. ſubdent. caule ſimplici. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 3. *tab.* 269.
In alpibus Helveticis, Pyrenaicis, Auſtriacis &c. ♃.
Differt a V. tripteri, fol. indiviſis, & panicula denſiore.
Radix quandoq. odora. Fol. radical. petiolat. baſiq. attenuata, obtuſa: ſuper. oblong. acumin. dentata: ſumma ſeſſil. Fl. ſæpe purpur.

9. *celtica*. V. fl. triandris: fol. (inferior.) ovat-oblong. obtuſ. integerr. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Vind.* 203.
In alpibus Helveticæ, Auſtriæ &c. ♃.
Radix obliqua, fibroſa, capillaris, nigricans, odore fragranti, ſapore aromat. Ramuli procumbent. palmar. tenues. Fol. parva, radical. petiolata, craſſa, ſucculenta, e virid-flaveſcent. Fol. 2. caulina linear. obtuſa. Fl. verticill. bini-terni. Cor. pallida.

10. *tuberoſa*. V. fl. triandris: fol. radicalibus lanceolat. integerr. reliquis pinnatifid. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Dalmatia, Sicilia &c. ♃.

Radix Olivæform. Fol. caulina utrimq. pinnis 2.

11. *Saxatilis*. V. fl. triandris: fol. ſubdentat. radicalibus ovat. caulinis lineari-lanceol. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 3. *tab.* 167. *Clus. hiſt.* 1. p. 256. *bona.*
In alpibus Auſtriæ, Baldi &c. ♃.
Planta nitida. Caul. ſpitham. ſimpl. Fol. ſubtrinervia, ad oras obſolete piloſa: radical. 4. caulina 2. oppoſita. Rami brachiati. Pedunc. oppoſiti. Fl. paniculat. Cor. alba.

12. *elongata*. V. fl. triandris: fol. radicalibus ovatis: caulinis cordatis, ſeſſilibus, inciſo-ſubhaſtat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 3. *tab.* 219.
In alpibus Auſtriæ inferioris.
Differt a V. montana, gemma radicali: caul. paniculato &c. A. V. tripteri, fol. dentat. radicalibus petiolo proprio ſemper longioribus, & caulinis ovatis.
Caul. erect. ſpitham. ſimpl. Fol. radical. longe petiol. obtuſa, raro ſubdent. caulina amplexicaul. Racemus terminal. erectus, longus; pedicell. oppoſitis, dichot. breviuſc. Bract. linear. Cor. fuſco-flava.

13. *pyrenaica*. V. fl. triandris: fol. caulinis cordatis, dentat. petiolat. ſummis ternatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
V. Orientalis &c. *Buxb. cent.* 2. *tab.* 11.
In Pyrenæis ♃.
Fol. Alliariæ ſimilia. Cor. alba.

14. *ſcandens*. V. fl. triandris: fol. ternatis: caul. ſcandente. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Cumana.
Caul. dichotom. Fl. lateral. paniculati. Cor. e viridi-roſea. Sem. ovata, compreſſa.

15. *chinenſis*. V. fl. triandris: fol. omnibus cordat. repando-lobat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 6. f. 3.
In China.
Simil. Boerhaaviæ ſcandenti, ſed oppoſitis ramis, & pedunculi.
Caul. herbac. erecti, pluſquam ped. ramis florifer. oppoſit. Fol. petiolata, acuta, glabra, lobis lateralibus utrimq. binis, obtuſis. Umbel. proliferæ, ſeu paniculatæ. Fruct. min.

16. *Locuſta*. V. fl. triandris: caul. dichot.: fol. linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

a. olitoria. Fructu ſimplici. *Fl. Dan. tab.* 738.
Caul. dichot. Fol. lanceol. vel integer. dentata. Sem. nuda.

b. *veſicaria*. Cal. inflatus, dent. 6. inflexis: involuccel. 5-phyl. 3-fl. *Boer. Lugd.* 1. *tab.* 75.
Caul. dichotom. Fol. lanceol. ſerrata.

c. *coronata*. Fructu ſubdent. *Colum. ecph.* 1. *tab.* 209.
Caul. dichotom. Fol. lanceol. dentata.

d. *diſcoidea*. Fructu 12-dent: hypocrater. acuminibus 12. retrorſum uncinat. *Moris. hiſt.* 3. ſ. 7. *tab.* 16. f. 29.

e. *dentata*. Seminis corona 3-dent.
Caul. dichotom. Fol. oblon. ſubſerrata. *Monſtroſa evadit.*

f. *radiata*. Involucro fl. cingente.

g. *pumila*. Caul. dichotom. fol. imis dentat: ſummis linearibus multifid.
Phu &c. Lob. ic. 716.
In Europa ☉.

17. *mixta*. V. fl. triandris: caul. 4-fid. fol. imis 2-pinnatifid: ſem. pappo plumoſo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Monſpelii.
Sæpe 4. rami oriuntur a radice abſq. caul. Sem. umbilic. hirſutum.

18. *echinata*. V. fl. triandris, regularibus: fol. dentat. fruct. lineari, 3-dent. extimo ma: recurvato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Colum. ecphr. tab.* 204. f. 206.
In Italia, & Monſpelii ☉.
Caul. dichotom. Fol. ſeſſil. lanceolata, obtuſa, Fl. e dichotomia ſolitar. ſeſſil. Cor. 5-fid. alba. Summi fl. in ſpicas dichotomas, coadunatas, obtuſas.

19. *ſupina*. V. fl. tetrandris: involuccel. 6-phyll. 3-fl. fol. integris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Arduin. ſp.* 2. *tab.* 3. *Barr. rar. tab.* 868. *ſed maior.*
In alpibus Italicis, Carinthiæ ♃.
Radix repens, odore V. *celticæ*. Caul. pollic. vix Bellide ma. Fol. ſubhirſuta, limbo ciliato: radical. petiolata, obovat. integerr: caulina ſeſſil. lanceol. Corymb. terminal. e pedunc. oppoſitis. Cor. purp. vel alba.

20. *ſibirica*. V. fl. tetrandris, æqualibus: fol. pinnatifid. ſem. paleæ ovali adnatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Amm. Ruth. tab.* 3. *Comm. gott.* 1751. *tab.* 9.
b. Anonimos &c. *Pluk. alm. tab.* 443. f. 1.
Videtur potius ſp. differens.
In Sibiriæ campis ☉.
Radix lignoſa, fuſca. Caul. ped-cubit. teres,

glaber, plerumq. rubens. Fol. radical. quandoque pinnat-dentata, margine ferrata, raro ovata: caulina feſſil. lanceol.; impari pinnatifido, ſupra ſature virid. ſubtus pallidiora. Ex ſummis alis ramuli folioſi, hirſuti. Cor. flava.

21. *villoſa*. V. fl. tetrandris, æqualibus: fol. inferior. auriculat. ſuperior. dentat. villoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap. fig.* 6.
In Japonia.
Planta tota denſe hirſuta. Radix fibroſa. Caul. erect. pedal. ſimpl. Fol. radical. aggregata, palmar. petiolat. ovat. auriculato-lyrata, lobo terminal ovat. maximo, 2. poll. longo, 1. poll. lato, inæqualiter incifo-ſerrato. Caulina ſemipoll. oppoſita, ſeſſil. ovata, acuta, incifo-ſublyrata, dentata. Petioli in folium ſenſim dilatati. Fl. axill. & terminal. paniculat. trichotom. bracteati. Cor. ſubrotata, flava. *Differt a V. ſibirica, hirſutie totius plantæ, & fol. ovatis*.

---

anguſtifolia. V. *All. Fl. Pedem. Bauh. hiſt.* 3. p. 211.
In vallibus & locis lapidoſis.
Differt a V. rubra fol. anguſtiſſimis.

ſaliunca. V. *All. Fl. Ped. tab.* 70. f. 1.
Lugd. p. 982.
In editis alpium iugis.
Rad. craſſa, ſublignoſa, ſapore acri, valde aromatico. Fol. roſulæ ad terram. Fol. lingulata, ovata, aut elliptica, firmula, glabra. Caulic. 3-4. unc. uno, aut altero pari folior. quæ interdum tridentata. Cor. infundibulif. ſubringens, odore Heliotropii Mexicani.

55. OLAX. Cal. integerr. Cor. infundibulif. 3-fida: Nectar. 4-phyllo.

1. *Zeylanica*. O. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Zeylona ♄.
Arb. ramis flaccis, rugoſis. Fol. alterna, petiolat. ovata, glabra, avenia. Pedunc. axill. breviſſ. ſubramoſi.

56. TAMARINDUS. Cal. 4-part. Pet. 3. Nect. ſetis 2. brevibus ſub filamentis. Legum. pulpoſum.

1. *indica*. T. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Am. tab.* 10. & 179. f. 98. *ed. picta tab.* 13. *Black. tab.* 201. 221. *Rumph. amb.* 2. *tab.* 23.

Balam-pulli. *Rheed. mal.* 1. *tab.* 23.
In India, America, Ægypto, Arabia ♄.
Arb. vaſta, coma ampla, denſa, ramis numeroſis. Fol. 5-pollic. alterna, pinnata: foliola parva, oppoſita, oblonga, obtuſa cum exiguo acumine, integerr. glabra. Racemi ſimpl. penduli, ſub 12-fl. Cor. lutea, cum venis rubris, odora. Legum. oblong. craſſum, maturum ferrugineum. Sem. numero varia.

57. RUMPHIA. Cal. 3-fid. Pet. 3. Drupa 3-locul.

1. *amboinenſis*. R. *Syſt. veg. ed.* 14.
Tſiem-tani. *Rheed. mal.* 4. *tab.* 11.
In India ♄.
Arb. vaſta. Fol. inordinata, petiolata, e rotundo-acumin. ſerrata, & horrentia, aſpera, hirſuta, nervoſa, venoſa, ſupra atro-virid. ſubtus vividiora, odore aromatico. Fl. racemoſi, longe pedunculi. Pet. oblon-rotunda, reflexa, candida. Drupa pyriform. umbilicata, cortice viridi, ſpinuloſa. Caro odorata, amara.

58. CNEORUM. Cal. 3-dent. Pet. 3. æqualia. Bacca 3-cocca.

1. *tricoccum*. C. *Syſt. veg. ed.* 14.
Camelea. *Matth.*
In Hiſpaniæ, Narbonæ, &c. glareoſis ♄.
Frutex humilis. Fol. ſeſſil. oblong. anguſta, integerr. Pedunc. ſolitar. 1-fl. Cor. lutea. Bacca rubra, dein fuſca.

59. COMOCLADIA. Cal. 3-part. Cor. 3-part. Drupa oblong. nucleo 2-lobo.

1. *integrifolia*. C. foliol. integris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. am. pict.* 12.
Prunus &c. *Sloan. Jam.* 2. *tab.* 222. f. 1.
In America calidiore ♄.
Arb. 20-ped. ramis paucis. Fol. ad apicem pinnata, glabra. Pinnæ plerumq. 8-iugæ, cum impari, 4-pollic. petiolat. ovato-lanceol. integerr. lateralibus revolutis. Racemi axill. penduli, ramoſi, laxi, ſeſquiped. Fl. exigui, ſeſſil. ſature rubentes. Drupa rubra, nitida. Succus aqueus, dein niger.

2. *dentata*. C. foliol. ſpinoſo-dentatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. am. tab.* 173. f. 4. *ed.* 2. *picta tab.* 259. f. 2. *quoad folium*.
In America.
Arb. ſimilis priori, odore ſtercoris. Succus niger

vix eluendus. Fol. pinnata cum impari: pinnarum iuga 6-10. oblon-acumin. ſubtomentoſa. *Arboris umbra ſubtus dormienti læthalis.*

60. WILLICHIA. Cal. 4-fid. Cor. 4-fid. Capſ. 2-locul. polyſperma.

1. *repens.* W. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Mexico ⊙.
Radix fibroſa. Caul. repens, herbac. ſub 2-ped. filifor. ramoſus, hirſutus. Fol. alterna, petiolat. remotiuſcula, orbicul. ſubpelt. crenata, hirſuta, ſubtus rubeſcent. pollic. Petioli longiſſ. craſſi, hirſuti. Pedunc. axillar. gemini, filiform. hirſuti, 1-fl. longitudine petiol. Fl. parvi, roſei, cal. hirſuto.

61. MELOTHRIA. Cal. 5 fid. Cor. campanulata, 1-pet. Bacca 3-locul. polyſperma.

1. *pendula.* M. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cucumis &c. *Pluk. alm. tab.* 85. f. 5. *Sloan.* 1. *tab.* 142. f. 1.
Bryonia &c. *Plum. ſp. ic. 66.* f. 2.
In Canada, Virginia, Jamaica ⊙.
Caul. 2-ped. debilis, angulat. ſtriatus, lævis. Fol. magnitudine 2. pollic. tranſverſorum, petiolat. cordata, palmato-5. angulata, ſcabra. Cirrhus axillar. ſolitar. longus. Pedunc. axill. filiform. laxi, 1-fl. Cor. lutea. Fruct. Olivæfor. pendulus, tuberculatus, niger. *Mire variat.*
Vidi 2-fl. maſculos præter hermaphroditos, ſemel.

62. ROTALA. Cal. 3-dent. Cor. o. Caps. 3-loc. polyſperma.

1. *verticillaris.* R. fol. verticillatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Enapæl. *Rheed. mal.* 9. *tab.* 81.
In India Orient. ⊙.
Radix ſimpl. repens. Caul. adſcendens, palmar. articulat. teres, lævis. Rami ſimplic. ſtricti, infer. oppoſiti, ſuper. alterni, rariores; articulis inferne teretibus, ſuperne ſub-4 gonis. Fol. quaterna (raro in ramis 5-8.) ſeſſil. linearia, acutiuſc., lævia, ſubcarinata, patentia. Fl. quaterni, (ex ſingulis fol. alis ſinguli) minuti, ſeſſil. Verticilli remoti. Cal. totam capſ. obveſtiens, tenuiſſime membranac. Fruct. magnitudine ſem. Sinapios.

63. ORTEGIA. Cal. 5-phyll. Cor. o. Caps. 1-loc. 3-valv. polyſper. Sem. plurima.

1. *hiſpanica*. O. caul. ſimpl. fl. ſubverticillatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Juncaria. *Clus. hiſt.* 174.
In Caſtilia, Bætica, Salmantica.
Caul. erect. ſpitham. articulat. 4-gon. ſtriatus, ſcabriuſcul. Fol. ſemiunc. oppoſita, ſeſſil. linearia, vel lanceol-linear. acuta, erecta, ſcabriuſc. Fl. corymboſi, conferti, ſeſſil. albi.

2. *dichotoma*. O. caul. dichotomo: fl. axillar. ſolitariis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Allion. aliq. tab.* 4. f. 1.
Prope Javenium in ſaxoſis ♃.
Caul. erect. rigens, ſcabriuſc. utrimq. canalicatus, geniculi. incraſſatis. Fol. oppoſita, linear. patentia, dorſo minime glabra. Stipulæ 2. utrimq. inter fol. oppoſitiones, minutæ, ſetaceæ, baſi craſſiuſcula colorata. Rami alterni. Panic. terminal. *Adfinis maxime Polycarpo.*

64. LŒFLINGIA. Cal. 4-phyll. Cor. 5-pet. minima. Caps. 1-loc. 3-valv.

1. *hiſpanica*. L. *Syſt. veg. ed.* 14. *Act. Stock.* 1758. *tab.* 1. f. 1. *Lœfl. it. tab.* 1. f. 2.
In Hiſpaniæ collibus apricis.
Habitus Scleranthi. Radix tortuoſa. Caul. ſubprocumb. digital. articulatus. Fol. minima, oppoſita, mucronata: infer. lineari acuta, ad baſin denticulo acuto; ſuper. ſubulato-trident. Rami proſtrati, alterni, pubeſcent. viſcidi. Fl. axillar. ſeſſil. in ſpicis lateralibus, alternis conferti, imbricati. Bract. parvæ, imbric. ſubulatæ, 3-dent. Cor. pallida.

65. POLYCHNEMUM. Calyc. fol. 5. inæqual. lanceol. petaliformia. Sem. 1. ſubnudum, lenticulatum, involucro ſericeo incluſum.

1. *arvenſe*. P. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr.* 4. *tab.* 365.
In Italiæ, Galliæ, Germaniæ arvis ☉.
Planta procumb. vel erecta, glabra. Caulic. a 2. unc. ad ſeſquiped. longi, toti folioſi, quandoq. purpuraſc. Fol. ſparſa, ſeſſil. ſubulata (ſicuti ſtipulæ) ſupra plana, ſubtus teretia, ariſta alba terminata. Fl. axill. parvi, ſolitar. ſeſſil. Cal. albidus.

ſcleroſpermum. P. *Pallas it.* 3. *tab.* M. f. 2. &c.
In Dauuria.
Planta glauca, ſucculenta. Caul. digit-dodrant.

rami, præter duos infimos, alterni. Fol. teretia, ſpinula mucronata: radical. 2. oppoſita; reliqua alterna. Fl. axill. ſolitar. inter 2. foliola ſubulato-mucronata.

monandrum. P. *Pallas it.* 1. *tab.* D. f. 1.
In Dauuria ♃.
Caul. pl. recti, fere ab imo ad ſummum toti ramulis ſubflexuoſis, floriferis confertim obſiti. Fol. linear. acuta, tomentoſa, exſucca. Fl. alterni, diſpoſiti inter foliol. vaginule. Stam. conſtanter 1.

triandrum. P. *Pallas it.* 1. *tab.* D. f. 2. & *tab.* E. f. 1.
In Dauuria ♃.
Planta ſæpe cubital. diffuſior, ramoſiſſ. in ſiccis vix ſpitham. hiſpidior, & fl. fol. magis confertis. Fol. alterna, elongata, filiformi-attenuata, ſucculenta, tomento glauca, baſi vaginant. Cor. 3 glum. ſtam. 2-3.

oppoſitifolium. P. *Pallas it.* 1. *tab.* E. f. 2.
In Dauuria ☉.
In paludibus ſalsis ſæpe ſubcubital. ramoſior, vel ſubſimplex. Caul. erecti, geniculati, pallidi. Fol. ad genicula vaginant: infer. oppoſita; ſuper. & ramea alterna, ſemicylindrico-attenuata, apice in cuneum compreſſa, carnoſa, tomentoſo-glaucescen. Rami axill. ſubfaſtigiati, flexuoſi. Fl. alterne ſpicati, minuti, Graminei, intra foliol. vaginale ſeſſiles. Cor. 2-glum. ſtam. semper 5.

66. HIPPOCRATEA. Cal. 5-part. Pet. 5. Caps. 3. obcordatæ.

1. *volubilis*. H. *Syſt. veg. ed.* 14.
H. ſcandens. *Jacq. amer. tab.* 9. *ed. pict. tab.* 12.
Coa &c. *Plum. gen. ic.* 88.
In America auſtrali ♄.
Arb. ramis longiſſ. ſcandentibus. Rami folioſi, & florigeri. Fol. oppoſita, petiolat. interdum ſemipedal. ovat-lanc. nitida, pinguia, denticulis ſubtilibus. Corymb. axill. raro terminal. oppoſiti, ramoſi, ampli. Fl. exigui, e luteo-virent. Caps. fuſcæ, glabræ. Sem. fuſca.

67. CROCUS. Cor. 6-fida: laciniæ 3. min. quæ filamentum unguiculo adnexum non habent, ad baſin gerunt barbulam, pl. pilis compoſitam. Barbula hæc in reliquis limbi laciniis deſideratur. Stigmata convoluta. Cap. ſubrotunda.

1. *ſativus*. C. ſpatha radicali, 1-valv. cor. tubo longiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14.

officinalis. *a* autumnalis, *fol. anguſtioribus margine revolutis. Black. tab.* 144. *f.* 1. *Moriſ. hiſt.* 2. *ſ.* 4. *tab.* 2. f. 1.

vernus. *b.* vernalis, *fol. latioribus, margine patulo. Jacq. Auſtr.* 5. *tab.* 36. *Black. tab.* 144. f. 2. *Kniph. orig. cent.* 1. *tab.* 21.

In alpibus Helveticis, Pyrenæis &c. 4.

Bulbi alii aliis impoſiti, orbiculati, e quibus fol. exeunt Graminea, bina-terna. Cor. expanſa, mire varians col., albo, ex purpura rubente, cœrul. luteo &c.

C. *ſativus* a ſpontaneo diverſus tuba profunde 3-fida, in 3. longa ſegmenta diviſa, quorum finis æque 3-fid. eſt, uti tota tuba ſpontanea verni croci. Dein ea tria tubæ cornua odorata ſunt, & aromatica; non ita ſpontanei; & in officinas Croci nomine recipiuntur: *unde ſpecies diverſa*.

68. WITSENIA. Cor. cylindr. 6-part. Stigm. emarginatum.

1. *maura*. W. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Thumb. Diſſ. nov. gen. Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 17.

Antholyza maura. *Syſt. veg. ed.* 13.

Ad cap. b. Spei 4.

Caul. 2-ped. anceps, tectus vaginis folior. Fol. enſiformia, alterna, adproximata, anguſta, ſtriata; ſuper. caule longiora, vaginis imbricatis. Spica compoſita e ſpicul. alternis, imbricat.: ſpathulis laxis, ſcarioſis, lanceol. ſub 2-fl. Cor. tubo atro; limbo luteo; lacin. 3. exterior. extus tomentoſis. Stam. alba.

69. IXIA. Cor. 1-petala, tubuloſa; tubo recto, filiformi; limbo 6-part. campanulato, æquali, patente. Stigm. 3. ſimplicia.

* *caule, ramiſq. foliosis.*

1. *fruticoſa*. I. caule ramoſo; fol. imbricatis tecto. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. diſſ. de Ixia.*

Ad cap. b. Spei.

Caul. ſemiped. fruticoſ. fuſceſcens, cicatricibus tranſverſis. Fol. in apice ramorum, pollicar. ſimilia Siſyrinchio, enſiform. equitantia. Fl. terminal. ſeſſil. cœrul.

** *ſcapo*

** *ſcapo foliis breviore.*

2. *minuta.* I. ſcapis 1-fl. fol. lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.
Plantula puſilla.

3. *Bulbocodium.* I. ſcapo ramoſo; fl. ſolitariis: fol. ſulcatis, reflexis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
I. roſea. *Syſt. veg. ed.* 13. *videtur huc convenire.*
Siſyrinchium &c. *Col. ecphr.* 2. *tab.* 7. f. 1.
Romulea *Maratti.*
In alpibus Italicis 4.
Planta parva. Fol. ſubulata. Spatha 2-valv. glumiform. longitudine fere cor. cœrul. fundo flavo.

4. *humilis.* I. ſcapo ramoſo: fl. ſecundis: fol. ſulcatis, erectis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

*** *ſcapo fol. longiore.*

a. hirſutæ.

5. *piloſa.* I. ſcapo ſimpl.: fol. linearibus piloſis: fl. alternis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.

6. *hirta.* I. fol. enſiformibus hirtis: fl. ſecundis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

7. *ſecunda.* I. fol. elliptico-enſiformibus, ſcapo villoſo-ſcabro. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
An I. ſcillaris. *Syſt. veg. ed.* 13.
I. ſecunda. *Berg. Fl. cap.*
Ad cap. b. Spei.
Radix bulloſa. Caul. dodrant. erectus, teres, a flore ad florem valde arcuatus. Fol. vix ſpitham. alterna, vaginant. erecta, linearienſiform. Fl. ſpicæ ſub 3. laxæ, cernuæ, flexuoſæ. Fl. 5-6. remoti, ſeſſil. ſecundi. Cor. fauce purpuraſc. limbo ſature cœrul.
b. glabræ.
a. fol. criſpis.

8. *criſpa.* I. fol. linearibus criſpis: fl. alternis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.
Fol. longitudine vix digiti, radicalia. Scap. erect. ſpitham-filiform. ſpicatus. Fl. diſtantes. Gluma, e qua flos exit, hyalina. Tubus filiform. Limbus lacin. obovat. oblong.

9. *cinnamomea*. I. fol. lanceol. crispis: fl. alternis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.
Spica secunda. Fl. odore Cinnamomi.

10. *corymbosa*. I. fol. lanceol. crispis: scapo ancipiti. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap b. Spei.
Caul. semiped. vagina membranacea cinctus. Fol. 1-2. verticalia. Fl. corymbosi, cœrul. cal. 2-valv. instructi. Germen inter cor. & spatham.
b. foliis æqualibus.

11. *linearis*. I. scapo simpl. erecto: fol. linearibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.
Fol. convexa, striata.

12. *capillaris*. I. scapo polystachio: fol. linearibus, spathis scariosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
Ad cap. b. Spei.
Fol. erecta. Scap. multifl. pedunculi erectis.

13. *setacea*. I. scapo flexuoso, glabro: fol. linearibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

14. *scillaris*. I. fol. linearibus: fl. secundis; rachide flexuosa. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

15. *aristata*. I. fol. linearibus, spath. aristato-dentatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

16. *pendula*. I. scapo polystachio: fol. lineari-ensiformibus: spicis pendulis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

17. *bulbifera*. I. fol. ensiformibus, spathis membranac. setaceo-laceris. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. Mill. ic. tab.* 256. f. 2.
Ad cap. b. Spei ♃.
Radix bulbosa. Scap. pedal. simpl. Fol. 2-3. alterna, angusta, linea laterali elevata. Fl. 2-3. Cor. campanul. flavescenti-albida, fundo flavo.

18. *erecta*. I. fol. ensiformibus, scap. polystachio: fl. alternis, immaculatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. Mill. ic.* 155. f. 2. *bona*.
Ad cap. b. Spei.
Radix bulbosa. Fol. 4-6. radicalia, angusta, lævia, interiora caulem arcte involventia. Spicæ multifloræ, præter terminalem, etiam nonnullæ inferius, alternæ. Fl. distantes. Cor. infundibulif. lacin. patentibus, ovat-lanceol. obtusis, niveis punctis adspersa. Filam. & pistil. violac.

19. *maculata*. I. fol. enſiform. ſcapo polyſtachio: fl. alternis; cor. baſi maculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. Mill. ic. tab.* 156. f. 1.
Ad cap. b. Spei ♃.
Spica rarior fl. ſeſſilibus. Petala ſublanceol. flava, baſi interiore nigricant. Stam. & piſtil. flava. *Statura I. bulbiferæ*.

20. *crocata*. I. fol. enſiformibus: fl. ſecundis: cor. baſi hyalino-feneſtratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. Lin. fil. Dec.* 13. *tab.* 7. *Mill. ic. tab.* 239. f. 2.
Ad cap. b. Spei ♃.
Radix bulboſa. Scap. pedal. erect. ſimpl. fuſcus, ſuperne nudus, inferne ſubluteſcens, fol. involutus. Fol. 4-5. radical. vaginant. erecta, longitudinaliter nervoſo-ſtriata. Vaginæ longæ. Spicæ ſæpe 2. Fl. rari.

21. *lancea*. I. fol. enſiformibus, ſcap. ſimpl. flexuoſo: fl. ſecundis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*

22. *pentandra*. I. fol. enſiformibus, fl. pentandris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit.*
An Ixia *Scillaris Lin. ſp. pl.*?
Ad cap. b. Spei.

23. *falcata*. I. fol. enſiformibus, reflexo-falcatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. cum. ic.*
Ad cap. b. Spei.

24. *exciſa*. I. fol. ovatis: ſcapo flexuoſo: fl. ſecundis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. loc. cit. cum ic.*
Ad cap. b. Spei.
Radix bulboſa. Scap. digital. ſimpl. ſæpe etiam altero ramo, filiform. Fol. oblong. lato-lanceol. lævia, latere interiore exciſa. Fl. alterni, ſeſſiles. Glumæ breviſſ. ovatæ. Cor. tubus filiform. limbus violac.

---

longiflora. I. polyſtachia; tubis cor. filiform. longiſſ. nutantibus. *Berg. Fl. cap.*
Ad cap. b. Spei.
Radix bulboſa. Scap. ſpitham. erect. teres, lævis, ſubluteſc. ramoſus, ſuperne nudus. Fol. ſub 6. triſpitham. radical. erecta, lineari-enſiform. longitudinaliter ſtriato-nervoſa, glabra, virid-luteſcent. Fl. ſpicæ pl. fl. alternis, diſtantibus, nutantibus, luteis.

inflexa. I. caul. ad angulum inflexo: fl. erectis, ſecundis: ſpatha exter. calycina cor. fere longitudine. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Bulbus ſimpl. ſquamatus. Scap. ped. ſimpl. inflexus ad ſpicam. Fol. lineari-enſiform. raris villis adſperſ., ſcapo breviora. Fl. ſpica horizontal. ſecunda, col. obſcuro-ſubviolac.-luteo. Spathæ marceſcen. Pet. ovato lanc.

quadrangula, I. bulbo ſquamato, ſquamis exterioribus maximis: ſcap. ſimpliciſſ. fol. canalicul-quadrangulis breviore. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Bulb. 2. alter alteri impoſitus. Scapus foliorum vaginis veſtitus. Fol. pauca, vaginant. ſtricta. Fl. pauci, laxe ſpicati. Spathæ perſiſtentes. Pet. ovata.

imbricata, I. bulbo ſquamis imbricatis tecto: ſcapo erecto, ramoſo: ſpatha exter. calycina tubi cor. longitudine. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Scap. dodrant. Fol. vaginant. linearia, ſcapo breviora. Fl. laxe ſpicati. Pet. 3. extus rubro col. tincta, omnia intus luteo-alba.

Fabricii, I. ſcap. dichotomo, ancipiti, dentato. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Scap. ſpitham. Fol. caulina oppoſita, vaginant. axillar. lineari-lanc. Fl. ſpicati, ſubviolac. Spathæ perſiſtentes.

Bulbocodioides, I. ſcapo foliis breviore, ramis 1-fl. *De la Roch. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Bulbus parvus. Scap. 3-4. pollic. ramoſus. Fol. radical. nonnulla, linearia: caulinum unicum ad axillam rami; omnia ſcapo paulo longiora. Fl. ſolitar. magni, lutei. Spathæ perſiſtentes.

thyrſiflora, I. ſcapo polyſtachio: ſpicis alternis, cauli adproximatis: germinibus intra ſpathas pedunculatis. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

monanthos, I. ſcapo 1-fl. fol. lanceol-linearibus longiore. *De la Roche. Pl. nov.*

Ad cap. b. Spei.

Scap dodrantal. erect. ſimpl. inferne articulat. Fol. radicalia lineari-lanc. caulina vaginant. ad articulos. Flos unicus, terminal. luteus. Pet. in medio macula nigricante notata. Spathæ laceræ, marceſcentes.

latifolia. I. ſcapo erecto, ſimpl. fol. enſiformibus. *De la Roche. Pl. nov.*
Ad cap. b. Spei.
Scapus pedal. & ultra. Fol. vaginantia, nervoſa, ſcapo paulo breviora. Fl. ſpicati, cœruleo-purpuraſc. Spathæ marceſcent. pellucidæ. Cor. laciniæ ovatæ.

monadelpha. I. filamentis ſtaminum coalitis: ſcapo ramoſo: fol. lineari-enſiformibus. *De la Roche. Pl. nov.*
Ad cap. b. Spei.
Scap. pedal. erect. Fol. vaginant. ſcap. breviora. Fl. laxe ſpicati, cœruleo-purpuraſc. Spathæ coloratæ, marceſcentes. Cor. laciniæ ovato-lanceol.

grandiflora. I. ſcapo ſimpliciſſ. fol. lanceol-linearibus: fl. diſtichis. *De la Roche. Pl. nov.*
Ad cap. b. Spei.
Scapus dodrant. Fol. caule breviora. Fl. terminal. magni, ſature violac. Spathæ marceſcentes. Cor. laciniæ lineares, ad apicem dilatatæ.

flabellifolia. I. fol. flabelliformibus: cor. tubo ſpathis calycinis duplo longiore. *De la Roche. Pl. nov.*
Ad cap. b. Spei.
Scapus pedal. ramoſus. Fol. radicalia ſub 7. lineari-enſiformia, margine exteriore vaginantia: caulina 2. vaginantia, ſpathæform. axillar. marcida. Fl. ſpicæ ſecundæ. Cor. albido-cœruleſc.

Iridifolia. I. fol. flabelliformibus: genitalibus declinatis. *De la Roche. Pl. nov.*
I. *crocata. Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

paniculata. I. caule paniculato: tubo fl. longiſl. arcuato. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 1.
Ad cap. b. Spei.
Scap. 2-3. pedal. diviſionibus alternis, remotis, patentibus. Fol. tantum radical. vaginant. enſiform. ſtriata. Fl. laxe ſpicati, alterni, flavi. Spathæ membranac. ſiccæ. Cor. laciniæ lineares, obtuſæ, leviter emarginatæ: alterne latiores, apice recurvæ: ſuperior. 3. leviter adproximatæ.

americana. I. fol. enſiformibus, plicatis, glabris: caule ra-

mofo. *Aubl. Guian. Burm. Amer. tab.* 46. f. 2.

In America ♃.

Radix bulbofa, tunicata. Fol. petiolat. ſtriata, nervofa, longitudinaliter ſecundum nervos plicata.

70. GLADIOLUS. Cor. 6-part. ringens, petalis 3 ſuperioribus convergentibus. Stam. adſcendentia. Tuba 3-fida.

1. *communis*. G. fol. enſiformibus, fl. diſtantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Ludw. ed. tab.* 24. *Knorr. del. Hort.* 1. *tab.* A. S.

In Europa auſtrali ♃.

Bulbi alii aliis impoſiti. Caul. pedal. & ultra, anceps, foliofus. Spatha inferior fæpius cor. longior. Fl. unilateral. 4-5. purpur. vel albi. Cor. laciniæ inferior. lanceol. cum maculis albis.

2. *imbricatus*. G. fol. enſiformibus: fl. imbricatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Ruſſia citeriore ♃.

Fl. parvi, verſus unum latus imbricati.

3. *alatus*. G. fol. enſiformibus: petalis lateralibus latiſſimis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Siſyrinchium &c. *Pluk. phyt.* 224. f. 8.

Ad cap. b. Spei ♃.

Caul. ſpitham. inter fl. flexuoſus. Fol. obtuſiuſc. ſtriata, lævia: floralia diſtiche digeſta.

4. *plicatus*. G. fol. enſiformibus, plicatis, villoſis: ſcapo laterali: cor. regularibus.

Ixia &c. *Mill. ic.* 155. f. 1.

Siſyrinchium &c. *Breyn prod.* 3. *tab.* 9. f. 2.

In Æthiopia ♃.

Bulbus tunicatus. Scap. 2-3 fl. Bract. ternæ, anguſtæ. Petal. violac-alba.

5. *triſtis*. G. fol. lineari-cruciatis: cor. campanulatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mill. ic. tab.* 235. f. 1. *Breyn. prod.* 3. *tab.* 7. f. 1. *Trew. ehret. tab.* 19.

In Æthiopia ♃.

Fol. ſingularia, ſubenſiform. ſed utroq. latere carinata, carina elevata, obtuſſ. ut fere quadrangulo-cruciata. *Var. a caule 2-fl. ad multifl. & tum fol. rite enſiformibus*. Cor. col. triſti, ſed æſtivatione omnino Gladioli; petalo ſupremo intra lateralia proxima.

6. *undulatus*. G. fol. enſiformibus: petal. ſubæqual. lanceol. undulatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Æthiopia ♃.

Statura G. communis. Culm. ſeſquipedal. Fol. ſtriata. Fl. diſtiche alterni. Spathæ propriæ 2-phyll. valvula interiore min. Cor. tubus longus, filiform. limb. 6-part. Petala in formam Lilii digeſta, alternis imprimis undulatis. *Media inter Ixias, & Gladiolos.*

7. *recurvus*. G. fol. enſiformibus: petal. ſubæqualibus, lanceol. recurvatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mill. ic. tab.* 235. f. 2.
Ad cap. b. Spei.
Differt a priore, petal. non undulatis, minuſq. acuminatis; & tubo cor. non filiformi, laxo, aut pendulo: cæterum adfinis.

8. *ſpicatus*. G. fol. linearibus caul. ſimpliciſſ. fl. ſpicatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Africa ♃.

9. *alopecuroides*. G. fol. linearibus: ſpica diſticha, imbricata. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Æthiopia.
Caul. pedal. veſtitus foliorum vaginis ancipitibus, latiuſculis, nervoſis, in folium lineare, acutum terminatis. Spathæ ovatæ, duplicatæ. Spica ut in Plantagine, obtecta fl. parvis, numeroſiſſ. ſed diſticha.

10. *anguſtus*. G. fol. linearibus: fl. diſtantibus; cor. tubo limbis longiore. *Syſt. veg. ed.* 14. *Mill. ic.* 142. f. 2. *Hort. Cliff. tab.* 6.
In Africa ♃.
Caul. ſimplex. Fl. alterni, carnei, macula rhombæa purpurea prædita.

11. *ramoſus*. G. caul. ramoſo: fol. linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Africa ♃.

12. *capitatus*. G. caul. ramoſo: capitul. pedunculat. rad. tuberoſa. *Syſt. veg ed.* 14.
In Africa ♃.
Planta maxima. Fl. cœrul.

13. *criſpus*. G. fol. lanceol. crenatis, undulatis: fl. ſecundis, ſpicis duabus tubo filiformi, longo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei ♃.
Differt omnino ab Ixia criſpa in pluribus. Caul. 2-pedal. uno, alterove fol. inſtructus, crenato, undulato. Fol. longa.

14. *iunceus*. G. fol. lato-lanceol. culmo ramoſo: fl. ſecundis, ſtylo 6-part. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Culm. palmar. filiform. lævis, uno, alterove ramulo patulo. Fol. culmo dimidio breviora, lævia. Fl. alterni, ſeſſil. Glumæ ovatæ, integræ. Cor. violac. tubo filiform. limbo longiore.

15. *anceps*. G. fol. enſiformibus, undulatis: caule ramoſo, ancipiti, divaricato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Fol. caule breviora, in caulem decurrentia, ſtriata, carina criſpa. Fl. ad apices ramorum, alterni. Spathæ obtuſiſſ. ore purpureo. Cor. tubus limbo ter, quater longior.
Adfinis Ixiæ corymboſæ; ſimilis caule angulato, ſed differt ab illa, & a palmari tubis cor. longis, filiformibus.

16. *gramineus*. G. petal. lanceolat. ſetaceo-acuminat. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Caul. pluſquam pedal. teres, lævis, ramis aliquot floriferis. Fol. graminea, longitudine fere caulis, lævia, laxa, nervoſa. Fl. terminal. Spathæ ovatæ, acuminatæ. Cor. parva, abſque tubo, 6-part. albida, fundo violac.

17. *marginatus*. G. fol. cartilagineo-marginatis, glabris, multinerviis: ſpica elongata; fl. alternis nutantibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Caul. craſſitie pennæ anſerinæ. Fol. pedalia, gladiiform. marginibus triplo craſſioribus. Spica leviter a flore ad florem flexuoſa. Spathæ diſtantes. Bracteæ ſæpe apice laceratæ. Cor. tubus ſpathis duplo longior. Limbi laciniæ ſubæqual. oblong. ellipticæ, purpur.

18. *montanus*. G. fol. enſiformibus, nervoſis, glabris: fl. ſpicatis; cor. ringente. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt.* 24. f. 8.
Ad cap. b. Spei.
Bulbus cortice fibroſo. Fol. radical. linearia, anguſta, lineæ latitudine, longitudine fere ſcapi, lævia. Scapus teres. Spica oblong. fl. remotiuſculis. Bractea propria, ovata, 2-valv. Cor. galea 3-part. lacinia media incurva; la-

terales divaricatæ, recurvatæ. Lab. 3-part. æquale.

19 *falcatus*. G. caule ſimpl.: fol. falcatis: fl. alternis; ſtylo 3-fido. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.
Similis G. iunceo.

20. *flexuoſus*. G. caule ſimpl. flexuoſo: fol. linearibus: fl. ſpicatis, ringentibus, tubo longo. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

21. *longiflorus*. G. caule tereti, tubo longiſſ.: ſpathis, foliiſque linearibus, glabris. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

22. *tubiflorus*. G. caule tereti, tubo longiſſ.: ſpathis, foliiſque hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

23. *ſpathaceus*. G. caule ramoſo: fl. ſpicato-imbricat. ſpathis membranaceis, ariſtatis: fol. plicatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

24. *latifolius*. G. caule ramoſo. fol. infimo filifor. ſetaceo: cor. ringente. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei.

---

permeabilis. G. caule ramoſo: fol. ſubulato-quadrangulis: fl. imbricat. ſecundis. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 2.
Ad cap. b. Spei.
Bulbus ſphæricus. Scapus ſeſquiped. diviſus. Rami nudi florigeri. Fol. caulina vaginant. patentia, ſumma brevia, ſpathæform. Fl. terminal. ſpicis ſecundis, imbricatis. Cor. laciniæ trapeziform. plicatæ, fimbriatæ, fauce inflata, permeabili. Color diluti. violac. ex purpura, luteoq. variegatus. Spathæ perſiſtentes. *Ludit num. ſtam. a* 3-6.

involutus. G. caule ramoſo: fol. linearibus: ſpicis diſtichis. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 3. *Mill. ic. tab.* 236. f. 1.
Ad cap. b. Spei.
Bulbus compreſſus. Scap. ſeſquipedal. erectus, articulat. diviſus. Fol. caulina vaginant. patentia. Fl. roſei, ſed laciniæ lateral. lab. inferior. purpur. Cor. laciniarum extrema revoluta. *Ludit in fructificationis partium numero.*

carneus. G. caule ſimplici. ſi.: petal. ſuperior. divergentib. fol. enſiformibus. *De la Roche. Pl. nov. tab.* 4.
Ad cap. b. Spei.

Scap. pedal. ſimpl. rectus, articulat. Fol. radical. pauca, vaginant. acumin. nervoſa, caule breviora: caulina brevia, acumin. vaginant. Fl. laxe ſpicati, diſtichi, carnei.

71. ANTHOLYZA. Cor. tubuloſa, irregul. recurvata. Capſ. infera.

1. *ringens*. A. cor. labiis divaricatis, fauce compreſſa. *Syſt. veg. ed.* 14

Gladioſo &c. *Comm. hort.* 1. *tab.* 41. *Rudb. elyſ.* 2. f. 15.

Gladiolus &c. *Breyn. ic. tab.* 8. f. 1.

In Æthiopia ♃.

31. *distans*. C. culmo triquetro, nudo; umbella ſupradecompoſ. folioſa: ſpicis alternis, filiformibus, floſcul. diſtantibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl. Rottboel. deſc. pl. tab.* 10.
In Malabaria.
Culm. 2-ped. ad medium folioſi.

32. *pannonicus*. C. culmo triquetro: ſpicis ſeſſilibus: glumis lateralibus, ſphacelatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl. Jacq. H.* 3. *tab.* 6.

In Hungaria.

Planta glabra, & nitida. Ceſpes denſiſſ. Involuc. foliol. 2-raro 3. inæqualia. Spiculæ ovat-oblong. umbellatim ſeſſiles, obtuſæ, compreſſæ. Sem. late ovata, compreſſa.

---

mucronatus. C. culmo nudo, vaginato, triquetro: involuc. 1-phyll. ſtrato: ſpicis ſubterminis, ſeſſilibus. *Rottboel. deſc. pl. l.* 1. *tab.* 8. f. 4.

Culmi pl. pedal. vagina ferruginea. Spicæ raro ſolitar. oblong. ſed numero variæ, ſæpius 2-7 aggregatæ, frequenter ternæ, denſe imbricatæ, ſquamis coriaceis, ovat. obtuſis, nitidis.

Simil. C. lævigato; differt teneritudine ma. defectu involuc. infimi: ſpicarum longe minore numero.

dubius. C. culmo triquetro, ſetaceo: capitul. terminali: involuc. longiſſ. 4-phyl. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *n.* 22.

Culm. pl. palmar. erecti. Fol. linear. ſtriata, carinata, mollia. Capitul. ſolitar. ſpicis innumeris glomeratum. Spicæ parvæ, lineari-lanc. compreſſæ, diſtichæ, imbricatæ, ſquamis compreſſis, ovatis, obtuſiſſ.

cruentus. C. culmo triquetro: involuc. polyphyl. longo: umbella ſimplici, ſpicis conglomeratis: floſc. ſulcato-punctatis. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. n. 23.

Culm. aggregati, ad baſin bulboſi, inferne vaginis albidis obſiti. Fol. ſub 6 longiſſ. linear. ſtriata, carinata, conduplicata. Involuc. folia 5-plura, patentia: partiale nullum. Capitulum centrale, ſeſſile, cinctum radiis paucis, patentibus, glomere ſpicarum terminatis. Spicæ diſtichæ, lanceol. acutæ, toroſæ, 4. circiter lineas longæ, coloris teſtacei, imbricatæ, ſquamis alternis, membranaceis.

conglomeratus. C. culmis ſubtriquetris: fol. ſeſquipedalibus, faſciculat. ſtrictiſſ. canalicul. capitulo terminali, paniculato, 3-phyl. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 13. f. 7.

Culmi faſciculati, torti. Fol. glauca, vaginis

nigro-purpur. Capituli umbellul. central. ſeſſiles ; laterales breviter pedicellatæ. Spicæ ovat-lanc. diſtichæ, denſe imbricatæ, ſquamis membranaceis, glaucis, vel gryſeis, cum purpura mixta.

effuſus. C. culmo tereti, ſubligneo : umbella rara : ſpicis conglomeratis : involucr. ſubulato, 3-phyll. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 12. f. 3.

Culmi apex pulverulentus, albus. Involuc. univerſale inæquale : partiale foliolo ovato, baſin radiorum obvolvente. Capitulum ſolitar. ſeſſile, ſpicis divaricatis glomeratum ; interdum præter hoc, 2-3. lateralia. Spicæ longiores, diſtichæ, oblon-lanceol. ſquamis ſubpubeſcen. col. gryſei, cum purpura mixta.

Jeminicus. C. culmo triquetro, incurvo, baſi bulboſo : fol. faſcicular. ſetaceis : umbella ſimpliciſſ. ſpicis conglomeratis. *Rottboel. deſc. pl. l.* 1. *tab.* 8. f. 1.

Radix bulboſa. Culm. palmar. ſuper. parte nudus. Fol. ferruginea. Involuc. univerſale diphyll. umbella paulo longius, partial. ſquamæ lanceol-acumin. ad ortum ſpicarum. Umbel. 3-4 rad., cum umbellula intermedia 1-2. Spicæ vix uncial. lineares, diſtichæ, compreſſæ.

ſphacælatus. C. culmo triquetro : umbella ſimpliciſſ. ſpicis alternis, linearibus, compreſſis : floſcul. margine ſphacælatis. *Rotthoel. deſc. pl. l.* 1. *n.* 32.

Radix bulboſa. Fol. radical. 5-plura, linear. glauca. Culm. pedal. Involuc. univerſale foliol. 3. linearibus, patentibus, umbella longioribus, partiale, ſquamæ lineari-ſetaceæ ad pedicellorum ortum. Umbel. radii pauci, 2-3, ſeſquiunc. cum umbellula una, alterave intermedia. Spicæ 4. lineas longæ, linear. diſtichæ, imbricatæ, complanatæ.

tuberoſus. C. culmo triquetro, baſi folioſo, involuc. 3-phyl. umbella compoſita ; ſpicis lanceol. tereriuſcul. *Rottboel. deſc. pl. l.* 1. *tab.* 7. f. 1.

Radix tuberoſa, fuſca, vel ferruginea. Culm. 2-ped. teſtaceus. fuſco-maculatus. Fol. 4-5 alterna, longiſſ. lanceol. glauca, margine, & carina ſcabra. Involuc. univerſale foliol. 3 inæqualibus, maximo umbella duplo-triplo longiore : partiale, bracteæ ſetaceæ ad diviſionem paniculæ,

& ad fl. exortum. Umbel. radii 4-5 inæquales, ſub-2-unc. cum umbellulis centralibus. Spicæ, ſemiunc. alternæ, lanceol. craſſæ, diſtichæ, imbricatæ, ſquamis dilute ferrugineis, marginibus membranac. albidis.

tenuiflorus. C. culmo triquetro: fol. linearibus, umbella decompoſita: ſpicul. linearibus, anguſtiſſ. acutis. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 14. f. 1.

Culm. tenuis, ad baſin foliоſus. Fol. margine revoluto, flaveſcentia. Involuc. univerſale foliol. 3-4. inæqualibus, quorum maximum umbella duplo circiter longius: partiale fol. lanceolacuto, umbellæ diviſionibus ſubiecto. Umbel. radii 7-pl. 1-2. unc. inæqual. cum umbell. centrali. Spicæ 5-7. lineas longæ, alternæ, imbricatæ, nitidæ, obſcure purpur.

Pangorei. C. culmo triquetro: involuc. 3-phyll. umbella univerſali decompoſita; partialibus ſub 3-fid. ſpicis alternis; filiformibus. *Rottbœl. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 7. f. 3.

Culm. ſeſquiped. & ultra, fungoſus, fuſco-maculat. Involuc. univerſale foliol. 3. linearibus, glaucis; tertium dimidio brevius: partiale, ſquamula ovat-lanceol. ad pedicellorum, & ſpicarum ortum. Umbellulæ central. 1-2. feſſiles: cæteræ radiis pl. inæqualibus, uncial. patentiſſim. apice ſub 3-fid. Spicæ ſeſquiunc. alternæ, diſtichæ, linear. Squamæ ferrugin. cum. carina, & margine pallidiore.

faſtigiatus. C. culmo triquetro: umbella decompoſita; pedunc. longiſſ. filiformibus, ſexquinquefid. ſpicis pl. linearibus, ſparſis. *Rottbœl. deſcr. pl. l.* 1. n. 41.

Culm. glaucus. Involuc. univerſale foliol. 6. margine, & carina aculeata; maximo umbella 2-3. duplo longiore; partiale foliol. 2. ſetaceis ad diviſionem peduncul. Umbella univerſalis ex pedunc. 10. inæqualibus, filiformibus (quorum longiſſ. palmar. & ultra) minimi, vix uncial. Umbellæ partial. ſubſeſſil. pedicel. ſubquinis, capillaribus. Spicæ C. longi ſimiles.

Surinamenſis. C. culmo triquetro, nudo: umbella decompoſita: ſpicis obl-ovatis, glomeratis, mucronibus incumbentibus. *Rottbœl. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 6. f. 5.

Culm. pluſquam pedal. flaccidus, ſtriatus. Involuc. univerſale 3-phyll. lineare; partiale, ſquama lanceol. concava, ſpicis ſubiecta. Umbellæ pedunc. plurimi, 16. inæquales: umbella partialis brevis, nuda; pedicelli 4-5. breviſſ. inæqual. reflexi; ſinguli glomere ſpicarum denſiſſimo terminati. Capitula 1-2. in centro umbellarum, ſeſſilia. Spicæ obl. ovatæ, ſub 2-unc. diſtichæ, denſe imbricatæ.

alopecuroides. C. culmo triquetro: umbella ſupradecompoſita: ſpicis digitat. oblon. ſpicul. confertiſſ. erectis, imbricatis. *Rottboel. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 8. f. 2.

Culm. craſſus, ſtriatus, ſupra nudus. Involuc. univerſale inæquale, ſub 5-phyll. Fol. lanceol. ſulcata, revoluta, rugoſa, margine lævia, extima umbella 2-3. longiora, interioribus eadem multo brevioribus. Partiale fol. lanceol-linearibus, 3-4. acutiſſ. inæqualibus, ad diviſionem pedunculi. umbellulis, quibus breviora, ſubiectis. Umbellæ radii 8. patentes, extimi palmar. & ultra, intimi ſenſim breviores. Spicæ fere 2-unc. ſeſſiles, ad baſin bractea lineari ſuffultæ. Spicæ paucæ in centro umbellæ.

polystachios. C. culmo triquetro: involuc. polyphyl: panicula terminali, ſubſeſſ. ramoſiſſ: ſpicis linerari-lanceol. confertiſſim. complanatis. *Rottboel. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 11 f. 1.

Culm. 2-ped. & ultra, ſtriatus, flaveſcens. Fol. ad baſin plura, linear. glauca, vaginis purpuraſc. Involuc. foliol. 4-6. lanceol-linearibus, quorum 2-3. panicula multo longiora. Panicula fere ſemicircul. Spicæ alternæ, diſtichæ, ſquamis teſtaceis, vel ferrugineis, margine, & carina albidis.

paniculatus. C. culmo triquetro: involuc. ſubæquali, 6-phyl. panicul. terminali, ſeſſili, denſiſſ: ſpicis compreſſis, lineari-lanceol. paucifl. *Rottboel. deſcr.* pl. l. 1. n. 53.

Gramen Cyperoides &c. *Pluk. phytol. tab.* 91. f. 3.

Culm. ſpitham. ſtriatus, ad baſin fol. lanceol-linearibus dimidio brevioribus, glabris, flaveſcentibus cinctus, ſupra nudus. Spicæ 3. circiter lineas longæ, acutæ, complanatæ, ſquam.

alternis, lanceol. teſtaceis, carina pallide viridi.

Santonici. C. panicul. feſſilibus & peduncul: ſpicis linearibus: floſculis alternis, remotis, obtuſiſſ. *Rottboel. deſcr.* pl. l. 1. *tab.* 9. f. 1.

Cyperus &c. *Scheuchz. gr. tab.* 9. f. 2. *Pluk. phyt. tab.* 419. f. 4.

Culm. pedal. & ultra, triquet., debilis, ſupra nudus. Fol. linear. ſtriata, mollia, margine ſubaculeato, pallide viridia. Involuc. univerſale 3-phyl. inæquale, foliolo maximo pedali. Partiale, ſquamæ ſetaceæ ad diviſionem paniculæ. Spicæ deliciatæ, alternæ, diſtichæ, imbricatæ, ſquamis diſtantibus, obtuſiſſim. pallide flavis, cum carina ſubfuſca, 3. ſtriis picta.

In Tranquebaria.

corymboſus. C. involucr. polyphyl: umbella ſupradecompos. pedunc. filiformibus, ſtrictis, corymboſis. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. *tab.* 7. f. 4.

Culm. triquet., craſſus, glaucus, fuſco-maculatus. Involuc. univerſale foliol. 4. lineari-lanc. inæqualibus, margine ſcabro: partiale, ſquamæ lineari-ſetaceæ, ad ramificationes umbellæ. Umbella diffuſa. Spicæ tenuiſſ. teretes, ſubulatæ, diſtichæ, 4 5. lineas longæ, imbricatæ, ſquamis oblong. dorſo teſtaceis, margine albido.

flabelliformis. C. culmo triquetro, ſulcato, contorto: involuc. alternis; pedunc. axillar. ſolitar. terminalibus, umbellatis, corymbiferis. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. *tab.* 12. f. 2.

In Arabia.

Color totius Graminis glaucus, vel cæſius; ſpicarum albus.

Involuc. polyphyllo, trifariam imbricato, flabellum referente: pedunc. axillar. ſolitar. continua ſerie intra umbellam terminalem exeuntibus, a cæteris ſpeciebus differt.

hirſutus. C. culm. tereti, foliofo: ſpicis ovat. lobato-conglomerat. terminalibus: glumis mucronat. ciliatis: foliol. lineari, lobis ſpicæ ſubiecto. *Berg. Fl. cap.*

Juncus hirſutus &c. *Buxb. cent.* 3. *tab.* 33. *Ad. cap. b. Spei.*

Gramen paludoſum. Radix repens. Culm. pl.

pedal. ſimplic. erecti, ſtriati, hirſuto-ſcabri. Fol. 5-pollic. linear. baſi vaginante, hirſuto-ſcabra, ſtriata. Spicæ pl. obtuſæ.

gradatus. C. culmo tereti, angulato, ad baſin folioſo; bracteis ad apicem pedunculis duplo longioribus, ſpiraliter remotis. *Forskal. Ægyp.*
In Arabia.
Culm. 2-cubital. Spicul. lanceol. compreſſæ, virides.

globoſus. C. culmo triquetro, baſi folioſa: ſpicis conglomeratis, ſubglobooſis; ſpiculis convexis, viridibus, nitidis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.
Culm. ſpitham. Spicæ umbellatæ. Spicul. congeſtæ, lanceolat.

globuloſus. C. culm. triquetro, nudo: umbel. folioſa: ſpicis compactis, ſubrotundis, flavicantibus. *Aubl. Guian. Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 79. f. 1.
In Caienna.

faſtigiatus. C. culm. triquetro, cubitali, baſi folioſa: umbella folioſa; denuo umbellifera; ſpicis cylindricis; ſpicul. utrimq. convexis, flavidis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.

complanatus. C. culmo triquetro, ſeſquiſpitham. baſi folioſa: ſpicis ſubrotund: ſpicul. compreſſis, planiſſimis, ovat-obl. brunneis. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.

ferrugineus. C. culmo triquetro, pedali, baſi folioſa: umbella folioſa: ſp cul. faſciculat. linearibus compreſſo-convexis, ferrugineis, margine viridibus, raro pedicellatis, coacervatis ad apicem pedunculi; bract. pedicellis longioribus. *Forsk. Ægyp.*
In Arabia.

umbellatus. C. culm. triquetro, nudo: umbel. 2-phylla; pedunc. longiſſ. ſpicatis. *Burm. Ind. tab.* 9. f. 6.
In India.
Fol. longitudine culmi. Pedunc. inæqual. ad medium vaginantes. Spicæ capitatæ, oblong. ſpiculæ linear. floſculis alternis.

pygmeus. C. culmo tereti; umbella compoſita, involucrata: ſpicis lanceolatis; glumis mucronatis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Tranquebaria.
Radiculæ faſciculatæ. Fol. radical. filiform. cul-

mo duplo longiora. Culm. vix ſeſquipoll. ſtriatus. Umbella pedunculis 5-6. ſpicul. umbellular. 4-6. compreſſæ, pallidæ, medio rufo-fuſcæ. Involuc. 4-phyll. umbella triplo longius.

arenarius. C. culmo compreſſo, nudo: ſpicis capitato-glomeratis, ſeſſilibus: involuc. ſub 1-phyll. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In India Orient.

Radic. repentes, articulatæ. Fol. filiform. radic., 3-6. pollic. comoreſſa; flavo-virid. Culmi e faſciculo folior. ſubulat. foliis non nihil altior. Spicæ 8-12. ſpiculæ diſtichæ, craſſiores; ſquamis fuſcis, albo marginatis. Involuc. capitulo longius.

capitatus. C. culmo ſubangulato, ſtriato, medio folioſo: capitulo 3-phyllo; ſpicis ſeſſilibus. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In India.

Culm. 4-pollic. baſi folium unum, vel alterum. Fol. baſi multum latiora, culmo parum longiora. Capitul. globoſum, ſpicul. lineari-oblong. Glum. imbricatæ, ſcarioſæ.

ſtoloniferus. C. culm. nudo triquetro: umbella compoſita, involucrata: ſpicul. lanceol. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Tranquebaria.

Rad. bulboſa, ſtolones emittens. Fol. palmar. & ſemiped. vaginantia, linear. complicata. Culm. ſpitham. Umbella depauperata, umbellulam unicam ſubſeſſil. treſque circiter pedunculatas habet. Involuc. ſub 2-phyll.

cinnamomeus. C. culm. triquetro, folioſo: umbella ſpicul. capitatis, pedunculat. ſeſſilibuſque: involuc. 5-phyll. ſerrulato-ſcabro. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

Habitat. . . . ☉.

Caul. 3-ped. & ultra, ſolitar. baſi folioſi, ſuperne nudi. Fol. culmo altiora, plicata, pollicem dimidium fere lata. Capitula ovata, compoſita, cinnamomea. Spiculæ congeſtæ, compreſſæ, diſtichæ, lineares.

81. SCIRPUS. Glumæ palcaceæ, undique imbricatæ. Cor. 0. Sem. 1. imberbe.

Differt a Cypero ſpicis non diſtiche imbricatis, & non complanatis, ſed obæſis; & ſem. ſetulis circumvallato.

* *Spica unica.*

1. *trigynus.* S. culmo tereti, nudo: ſpica cylindrica, ſquamis lanceol. baſi laterali membranaceis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In India Orient. ♃.
Facies S. paluſtris. Fol. radical. copioſa, conferta, palmaria, filiform. interiore latere canaliculata, baſi membrana laterali, lata, alba. Culm. ſpitham. enodis, ſtriatus. Spica terminal. pollicar.

2. *mutatus.* S. culmo triquetro, nudo: ſpica terminali, cylindrica. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Jamaica ♃.
Similis *S. geniculato*, ſed culm. triquet., molliuſculus, nec articulatus.

3. *articulatus.* S. culmo tereti, nudiuſculo, ſemigeniculato: capitulo laterali, glomerato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt. tab.* 197. f. 6.
S fiſtuloſus. *Forsk. Ægyp. monente Vahl.*
Ifieli. *Rheed. mal.* 12. *tab.* 71.
In Malabariæ aquoſis arenoſis.
Culm. pedal. & ultra, cavus, geniculis cinctus, at non undique. Capitulum magnum, ſeſſile, ſemiverticillatum. Spicæ baſi turgidæ, ſquamis magnis, teſtaceo & purpur. ſeu ferrugin. colore variegatis.

4. *paluſtris.* S. culmo tereti, nudo: ſpica terminal. ſubovata (imbricata). *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 273. *Leerſ. herborn. tab.* 1. f. 3.
b. S. equiſeti &c. *Scheuchz. gr. tab.* 3. f. 17.
In Europæ foſſis, & inundatis.
S. aciculuris Fl. Dan. tab. 167. *potius Scirpum paluſtrem refert Mil. ſed Lin. ad S. cæſpitoſum refert.*
Culmi cæſpitoſi, pedal. Fol. compreſſa, baſi ferruginea. Spica imbricata, acuminata, ſquamis arcte compactis, muticis.

5. *geniculatus.* S. culmo tereti, nudo: ſpica terminali, oblonga. *Syſt. veg. ed.* 14.
Juncus &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 75. f. 2. & *tab.* 81. f. 3.
In Jamaica.
Culm. vix ſpitham. Spica pollic. denſe imbricata, ſquamis membrac. teſtaceis.

6. *cæſpitoſus.* S. culmo nudo, ſtriato: ſpica terminali, 2-valv.

longitudine calycis; radicibus ſquamula interſtinctis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 167.

S. montanus &c. *Scheuchz. gr. tab.* 7. f. 18. *Pluk. phyt.* 40. f. 6.

Juncus &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *tab.* 10. f. 35.

In Europæ paludibus cæſpitoſis, ſylvaticis 4.

7. *capitatus*. S. culmo tereti, nudo, ſetiformi: ſpica terminali, ſubgloboſa. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Virginia.

8. *acicularis*. S. culmo nudo, tereti, ſetiformi: ſpica ovata, 2-valv. ſeminibus nudis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 287.

Juncellus &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 10. f. 37.

Juncus &c. *Scheuchz. gr. tab.* 7. f. 4.

In Europa ſub aquis purioribus 4.

Omnium minimus. Ceſpitoſus, mollis. Spica iunior compacta; adulta diſticha. Fl. 2-5. Glumæ fuſcæ, non nitentes.

9. *fluitans*. S. culmis alternis, nudis, teretibus: caule folioſo, flaccido. *Syſt. veg. ed.* 14.

S. equiſeti &c. *Scheuchz. gram. tab.* 7. f. 20.

Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 10. f. 31. *Pluk. alm. tab.* 35. f. 1.

In Europæ udis, & rivulis 4.

Culm. crebri, ad terram ſupini, articulati. Rami ſubdiviſi. Fol. multa. Capitul. parvum, ſquamoſum, Pſyllii æmulum.

** *Culmo tereti, polyſtachio.*

10. *lacuſtris*. S. culmo nudo, tereti: ſpicis ovatis pl. pedunculat. terminalibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Juncus &c. *Lob. ic.* 25.

In Europæ aquis puris ſtagnantib. & fluviantib. 4.

In lacubus altitudo hña. Culm. ſæpe ſolitar. ſimpl. fungoſus, mollis, ad terram vaginoſus. Fol. ſimilia. Stipulæ ſub panicula, & ſub ramis lanceol. ariſtatæ, ſiccæ. Spicul. ſquamæ 2-fidæ. Glumæ, & locuſtæ Cinnamæi col. Sem. 3-gon. Nimia aquæ copia culmis deſtituitur & fol. producuntur. *Datur var. humilior.*

11. *holoſchœnus*. S. culmo nudo, tereti: ſpicis ſubgloboſis glomeratis: involucr. inæquali, 2-phyl. mucronato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 454. *Pluk. phyt. tab.* 4.

Scirpoides &c. *Scheuchz. gram. tab.* 8. f. 2. 3. 4. 5.

In Europa auſtrali 4.

Culm. ad baſin alatus. Fol. teretia. Vaginarum margines lacero-ciliati.

12. *auſtralis*. S. culmo nudo, tereti: capitulo laterali, bracteæ reflexa: fol. canaliculatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Habitat. . . . .
Simill. S. *romano*, ſed foliol. ſeu culmis ſterilibus binis, erectis, læviter canaliculatis, nec teretibus, baſi vaginantibus, margine ſcarioſo. Culmi vix pedal. læves, ſupra capitulum apice erecto, ſed canaliculato. Capitul. ſeſſile, conglobatum, rotundatum, obtuſum, ferrugin. valvulis imbricat. apice ſub 3-lob. obtuſis, lobis lateralibus apice fuſcis.

13. *romanus*. S. culmo nudo, tereti: capitulo laterali, conglobato; bract. reflexa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Auſtr. tab.* 448. *Barr. rar. tab.* 255. f. 3.
b. Juncus &c. *Pluk. alm. tab.* 40. f. 5.
Culm. ceſpitoſi, 1-3. ped. fili craſſitie: in S. holoſchœno craſſi ut in S. *lacuſtri*, & apice pungentes. Fol. ſemiteretia. Vaginæ futcæ, nitidæ. Capitul. ſubfuſcum, inter 2. involuc. foliola, unum longiſſ. alterum brevius.

14. *ſetaceus*. S. culmo nudo, ſetaceo: ſpica terminali, ſeſſili. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 311. *Leerſ. Herborn. tab.* 1. f. 6.
Juncellus &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 10. f. 23.
In Europæ litoribus maritimis, ad ſtagna &c. 2.
Culmi ceſpitoſi, digital. & ultra, craſſitie fol. Fol. ſetacea. Spica lentis magnitudine, 1-raro 3. oblong. fuſco-rubra, ſquama infima ſubulata, longitudine ſpicæ.
Tenuitate, & magnitudine culmi; longitudine involuc. numero, & craſſitie, ſpicarum; ratione ætatis, & ſoli admodum variat.

15. *ſupinus*. S. culmo nudo, tereti: ſpicis ſeſſilibus in medio culmo glomeratis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Pariſiis.
Planta minima, ſupina. Fol. rotundo-teretia.

16. *autumnalis*. S. culmo ancipiti, nudo: umbella decompoſita; ſpiculis ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Facies Junci piloſi. Fol. radical. laxa, nonnihil ſcabra, ſæpe culmi longitudine. Culmi palmar. compreſſi, altero latere ſubcarinati. Involuc. terminal. 2-phyll. fol. ſimile, umbella

fere longius. Umbel. patula, inæqual. Pedunc. sæpius spicis 3. Spicæ squamis ovat. ferrugineis, carina viridi, vix mucronatis.

17 *capillaris*. S. culmo nudo, capillari: spicis pedunculat. intermedia sessili. *Syst. veg. ed.* 14.

S. tristachyos. *Rottbœl. descr. pl.* t. 1. *tab.* 13. f. 4.

Gramen &c. *Burm. Zeyl. tab.* 47. f. 2.

In Virginia, Æthiopia, Zeylona.

Fol. capillaria, vix digitalia. Culmi vix fol. longiores. Foliol. setaceum sub umbella, spicis longius. Spicæ terminal. 3. ovatæ, squamis ferrugin. carina viridi, obtusis.

18. *tristachyos*. S. culmo nudo, setaceo: spicis, (sub) ternis, sessilibus; involucr. 2-phyllo, setaceo. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Rottb. gram. tab.* 13. f. 4.

Ad cap. b. Spei.

Fol. & culmi setacei, glaberrimi. Capitulum laterale, mox infra apicem culmi, ex spicis 3 ad 7. *Variat magnitudine. Simil. S. capillari, sed spicæ non pedunculatæ; forte illius var.*

19. *globiferus*. S. culmo nudo, tereti: umbel. terminali, composita: capitul. globosis ex pl. spiculis arcte congestis. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Teneriffa.

Culm. glaberrimus, terminatus spatha breviss. 2-phyll; foliol. æqualibus. subulatis, mucronatis. Hi globuli circa basin emittunt novos radios globiferos, iterum dividendos.

20. *trispicatus*. S. culmo angulato, seu sulcato, nudo: spicis terminalibus, ternis, sessilibus, nudis. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Africa.

Culm. pl. 1-2. pedal. glaberrimi. Fol. vix ulla, nisi squamæ radical. ferrugin. Spicul. parvæ, oblong. erectæ, æquales. Involuc. polyphyl. fol. breviss. subulatis.

**** Culmo triquetro, Panicula nuda.*

21. *triqueter*. S. culmo triquetro, nudo: spicis subsessilibus, pedunculatisqu. mucronem æquantibus. *Syst. veg. ed.* 14.

Juncus &c. *Pluk. alm. tab.* 40. f. 2.

In Europa australi, locis paludosis.

Culmus angulis planis, nec exſcavatis.

22. *mucronatus*. S. culmo triangulo, nudo, acuminato: ſpicis ſeſſilibus, conglomeratis, lateralibus. *Syſt. veg. ed.* 14,

Scirpo-cyperus &c. *Scheuchz. gram. tab.* 9. f. 14.

Juncus &c. *Moris. hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 10. f. 20. *Pluk. alm. tab.* 40 f. 1. 3.

In Europæ, & Virginiæ ſtagnis, & locis maritimis 24.

Culm. 1-2. ped. tricarinati, angulis compreſſis, glauci. Pedunc. ſimplic. aut ramoſi, 4-6 fl. Stipula brevis, ſpathacea, mucronata. Spicæ ferrugineæ. Mucro fl. multo longior, ad latus reflexus. Setæ ad baſin ſeminis.

23. *groſſus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella ſupradecompoſita: ſpicis pedicellatis; involuc. longiſſ. ſubulato, lanceol. 3-phyll. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In India.

Similis S. miliaceo, ſed magnitudine, & craſſitie valde differt.

Culm. orgyal. erectus, glaberrim. Fol. radicata, lanceol. glaberrima, ſubverrucoſa. Spicul. ovatæ, ferrugineæ.

24. *dichotomus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella decompoſita: ſpicis dichotomiæ ſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. *tab.* 13. f. 1.

S. biſumbellatus *Forsk. Ægyp. monente Vahl.*

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 119. f. 3.

In India.

Culmi digital. Fol. in ceſpitem congeſta, plana, hirſuta. Involuc. 2-phyll. longitudine umbellæ. Radii interior. breves. *Var. culm. 2-ped. Umbel. magna diffuſa, ramoſiſſ.*

25. *echinatus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella ſimplici: ſpicis ovatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 91. f. 4.

In India utraque.

Culm. ſpitham. Invol. longum, 4-5. phyll. Spicæ 8. pedunc. propriis, tamquam in umbella, ſolitariæ.

26. *retrofractus*. S. culmo triquetro, umbel. ſimplici; ſpicarum floſculis retrofractis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Cyperi &c. *Pluk. phyt.* 415. f. 4.

In Virginia 24.

27. *fer-*

27. *ferrugineus*. S. culmo triquetro, ſubnudo; involuc. longitudine paniculæ, ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Schœnus polymorphus. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. p. 67.
Gramen &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 77. f. 2.
In Jamaicæ paludibus maritimis.
Culm. 2-ped. ſtriatus, flaveſcens. Squamæ coriaceæ, concavæ, fuſco-maculatæ, baſi culmum ambientes. Umbel. terminalis, decompoſita, cum ſpica intermedia ſeſſili. Radii 3-4. triquetri, inæqual. Spicæ ſolitar. oblong. ovatæ, ferrugineæ, magnitudine variæ.

28. *ſpadiceus*. S. culmo triquetro, nudo: umbella ſubnuda: ſpicis ſeſſilibus, terminalibus, oblongis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 76. f. 2.
In Jamaicæ fluviis.
Pedunc. longi, terminal. Paniculæ pl. ſparſæ, parvis foliol. inſtructæ. Nonnulli pediculi ſunt floriferi. Spicæ oblongo- rotundæ, ſpadiceæ.

**** *Culmo triquetro, Panicula foliacea.*

29. *miliaceus*. S. culmo triquetro, nudo: umbel. ſupradecompoſita; ſpicis intermediis ſeſſilibus: involuc. ſetaceo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 9. f. 2. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. *tab.* 5. f. 2.
In India.
Culmi plurimi, ſemiped. ſimpl. læves. Fol. graminea, baſin culmi obveſtientia, lævia. Umbel. diffuſa, laxa. Spicæ ovatæ, minutiſſimæ, ut ſem. Milii.

30. *cyperoides*. S. culm. triquetro, nudo: umbell. ſimpl. ſpicul. oblong. floſcul. ſubulat. 1-fl. reflexis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Kyllinga umbellata. *Rottboel. deſcr. pl.* l. 1. *tab.* 4. f. 2.
Koll-pullu. *H. Mal.* 12. *tab.* 63.
In India Orient. ♃.
Facies Cyperi *ſtrigoſi*, ſeu Scirpi *retrofracti*, ſed floſculi laxi, reflexi. Fol. graminea, carinata. Culmi pedal. læves. Involuc. polyphyl. umbella longius, foliol. gramineis. Umbel. inæqual. Spicæ plurimæ, pedunculat. obtuſæ; ſquamis calycin. convolutis, imbricatis.

31. *maritimus*. S. culmo triquetro: panicula conglobata, folia-

cea: ſpicularum ſquamis 3-fid. intermedia ſubulata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Scheuchz. gram. tab.* 9. f. 9. 10.

In Europæ litoribus maritimis, & locis arenoſis inundatis ♃.

Culm. pedal. in aquis 3-4 pedal. Fol. recta, acuta, plana, pulpoſa. Spicæ plerumq. pedunculi. oblong. ferrugineæ, obeſæ, tubis, & filamentis tectæ. Sem. ſetis obſitum. *In aquis omnia altiora, maiora.*

32. *luxulæ*. S. culmo triquetro, nudo: umbella folioſa, prolifera, ſpiculis ſubrotun. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. mant. tab.* 417, f. 3.

In India.

Culm. pluſquam pedal. lævis. Involuc. univerſale polyphyl. fol. enſiformibus, umbella longioribus. Partial. vix ullum, niſi ſeta breviſſ. Umbellæ intermediæ breviſſimæ.

33. *ſylvaticus*. S. culmo triquetro, folioſo: umbel. foliacea; pedunc. nudis, ſupradecompoſit. ſpicis confertis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 307. *Leers herborn. tab.* 1. f. 4.

Cyperus &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *tab.* 11. f. 15.

Gramen &c. *Loeſ. pruſſ. tab.* 33.

In Europæ ſylvis humentibus, ſecus lacus, flumina ♃.

Culm. 1-2 pedal. Fol. planiuſcula, margine, & carina aſperrima; florale unicum maximum, paniculam ſuperans. Stipulæ foliatæ, longæ, mucronatæ. Pedunc. inæqual. Panic. ſparſa, nigricans. Spicæ ovatæ. Semen inter ſetas poſitum.

34. *corymboſus*. S. culmo triquetro, folioſo: corymbis lateralibus ſimplicibus; terminali prolifero: ſpicis ſubulat. *Syſt. veg. ed.* 14.

Kadira-pullu. *H. Mal.* 19. *tab.* 43.

In India.

Culm. 2-ped. Fol. baſi vaginant. Involuc. univerſale corymbo longius. Spiculæ ferrugineæ.

35. *ſquarroſus*. S. culmo triquetro, nudo, ſetaceo: ſpicis ternis, ſubſeſſilibus, ovat. ſquarrosis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Retzel. deſcr. pl. tab.* 17. f. 5. *Pluk. phyt. tab.* 350 f. 83.

In India Orient.

Fol. radicalia, ſetacea, canalicul. erecta, culmis

breviora. Culm. palm-pedal. Involuc. terminale 2-phyll. foliol. ſetaceis, inæqualibus.

36. *intricatus*. S. culmo triquetro, nudo: umbel. folioſa ſimplici: ſquamis calyc. ſubul. recurvis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cyperus ariſtatus. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 6. f. 1.
In India Orient. & ad cap. b. Spei.
Fol. graminea, erecta, lævia. Involuc. terminale, 3-phyll. foliol. umbella longioribus. Spicæ ſæpe 3. pedunculat. quarta intermedia ſeſſili; ovato-cylind. obtuſæ, fl. confertiſſ. horizontalibus.

37. *michelianus*. S. culmo triquetro: capitulo globoſo: involuc. longo, polyphyl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Cyperus &c. *Tilli piſ. tab.* 20. f. 5.
In Italia, Monſpelii, pratis &c. paludoſis ☉.
Culm. minimus, quandoque unico fol. præditus, ſæpe rubeſcens. Involuc. 2-3. phyl. foliol. uno ma. Capitulum rubeſcens.

38. *ciliaris*. S. culmo triquetro, folioſo: umbel. ſparſis: ſquamis calyc. ariſtis ciliaris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt. tab.* 192. f. 4. & *tab.* 417. f. 6. *Rottboel. deſc. pl. tab.* 17. f. 1.
In India Orient. ☉.
Culm. palm. erecti, laxi. Fol. caulina 4-5. alterna, late graminea, vaginant. laxa. Pedunc. axill. & terminal., ſpicis 3-5. ſeſſilibus, in capitulum divaricatis. Spicæ ovatæ, hirtæ pilis raris. Involuc. loco ſub capitulo ſæpe foliol. 1-2. parva, ſubulata.

***** *Culmo triquetro, Capitulo terminali.*

39. *hottentottus*. S. culmo triquetro, folioſo: capitulo globoſo, ſquamis calyc. lanceol. hirtis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rottboel. deſcr. pl. tab.* 16. f. 4.
Ad cap. b. Spei locis paludoſis.
Culm. 2-3-ped. ſtricti, læves. Fol. caulina 3. alterna, remotiſſ. vaginant. erecta, acuta, ſubcarinata, lævia. Capitul. congeſtum e pl. floſculorum acervis: involuc. 3-phyl. inæquali.

49. *antarcticus*. S. culmo triquetro, nudo: capitulo globoſo; involucr. 1-phyl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ad cap. b. Spei ♃.
Fol. radical. filiform. extus ſemiteret. intus ca-

nalicul. Culm. ſubpedal. filiform. Capitul. e ſpicis numeroſis, æqualibus, ſeſſilibus. Involuc. ſetaceum, capitulo longius. Spicæ 3-fariam imbricatæ, ovatæ, triquetræ, fuſce, margine pallido.

41. *cephalotes*. S. culmo triquetro, nudo: capitulo ovato, ſquarroſo: involuc. 3-phyl. longo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. H.* 1. *tab.* 97.

Schoenus cephalotes. *Rottb. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 20. *In India.*

Caul. 2-3-ped. ſtriatus, lævis. Fol. pedal. alterna, remota, lineari-lanc. margine, & carina aculeata. Capitul. ad baſin breviſſime paniculatum, ovatum. Calyc. imbricati, recurvati. Involuc. univerſale longiſſ. 3-4-phyl. reflexum, margine ſcabro.

---

annuus. S. culmo triquetro, nudo; involucro 2-phyllo: pedunculis nudis; ſpicis ſolitariis. *All. Fl. Ped.* *Circa lacus, & locis humidis* ☉.

Fol. linearia, ſtriata, mollia, lævia. Culmi pl. 3-6-unc. ſtriati. Spicæ terminales, umbellatæ. Involucri foliola inæqualia. Spicul. ovato-acumin. quarum una in centro umbellæ; reliquæ pedunculatæ, pedunc. inæqualibus, qui aliquando proliferi. Sem. ellipticum, ſtriatum, cinereum.

Plantaginoides. S. culmis ventricoſis, ſulcatis, nudis: ſpica terminali, cylindrico-ſubulata; floſcul. oblong. carinatis. *Rottboel. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 15. f. 2.

Color Graminis glauco-viridis: ſquamarum albidus, dorſo virescens, margine teſtaceus. Spica 2-3-pollic.

monander. S. culm. ſetaceo: involucr. longo, 3-phyll. capitulo ſeſſili, glomerato; floſcul. monandris. *Rottb. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 14. f. 3.

Culmi pl. palm. triquetri, glauci. Fol. linearia-ſetacea, mollia, vaginis membranac. albis. Involuc. patens, capitulo triplo longius.

argenteus. S. culmis triquetris, ſetaceis: involuc. longiſſ. 4-phyl. ſpicis pl. cylindricis, in capitulum glomeratis. *Rottb. deſcr. pl. l.* 1. *tab.* 17. f. 6. *H. Malab.* 12. *tab.* 54.

Culm. 1-4-unc. Fol. plurima, faſciculatim in ceſpitem congeſta, imbricata, ovat-lanc. pal-

lide ferruginea, supra convoluto-subulata, striata, glauca. Squamæ argenteæ, cum striis ferrugineis.

barbatus. S. culmo triquetro, vaginis suboppositis, ora super. barbatis: capitulo terminali, subrot. polystachio. *Rottb. descr. pl. l.* 1. *tab.* 17. f. 4.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 299. f. 3.

Culm. plurimi, palm-dodrant. prostrati, fasciculati, setacei. Fol. radical. 2-3. setacea, basi vaginant. Involl. universale foliol. 4-5. setaceis: partiale, squama minima, ciliata, ad basin spicarum: squamæ purpur. margine albo.

nodosus. S. culmo compresso, nodoso: capitulo glomerato, mucronato. *Rottb. descr. pl. l.* 1. *tab.* 8. f. 3. *Ad cap. b. Soei*.

Culm. intortus. Capitul. magnum. Spicæ ferrugineæ.

proliferus. S. culmo tereti, nudo, compresso: capitulis glomeratis, nudis, tandem proliferis. *Rottb. descr. pl. l.* 1. *tab.* 17. f. 2.

Culm. procumb. Spicæ terminal. linear-lanc. initio pauciores, dein plurimæ, imbricatæ, squamis lanceol. ferrugin. punctis coccineis intermixtis. Pedunc. vel rami pl. fasciculati, ex apice culmi inter spicas adultioris capituli prorumpentes: singuli capitulo solitar. terminati, cuius inter spicas simili ratione fasciculatim progerminat nova proles.

Dipsaceus. S. culmis setaceis: umbel. simpl. capitul. oblong. squamosis: flosculi subulat. recurvis, diandris; germine echinato. *Rottb. descr. pl. l.* 1. *tab.* 12. f. 1.

Similis priori. Culm. pl. digital. triquetri, striati, supra nudi, ad basin vaginis purpurasc. foliol. breviss. terminatis, cincti, & a sociis distincti. Involuc. foliol. 3-4. basi lata, concava, apice subulata, cum capitulo intermedio sessili. Radii pauci, 2-6. breves, incurvi, triquetri. Capitula dense imbricata, squamis basi membranac. ovatis, apice recurvo.

lateralis. S. spicis ovatis, lateralibus, pedunculat. & sessilibus. *Forsk. Ægyp.*

In Arabia.

Culm. triquet. nudus, pedal-cubital. basi foliosa. Pedunc. lateral. pollic. fasciculati, filiform.

æquales. Spicarum ſquamæ ovatæ, ferrugin. margine membranac.

Kali 3. alpini. S. culmo tereti, folioſo: ſpicul. terminalib. confertis, ſeſſilibus: involuc. longitudine foliorum. *Forskal. Ægyp.*

In Arabia.

Radix bulboſa, repens. Culm. inarticulat. Fol. ſubulata, ſuperne canaliculata, carnoſo-coriacea.

Scheuchzeri. S. minimus; fol. teretibus, lineatis: ſpica unica, 10-fl. *Hall. Emen. & Act. Helv. Scheuchz. gr. tab.* 7. f. 1.

In alpibus Helveticis.

5-florus. S. fol. teretib.: ſpica unica, minima, 5-fl. *Hall. Emen. Scheuchz. tab.* 7. f. 19.

Circa Bernam.

Haller. S. (Marifcus) culm. tereti: fol. gramineo: capitulis lateralibus ternis, ovatis. *Hall. Helv.*

In foſſis.

Culm. ceſpitoſi. Fol. radicalia plura, unciam longa, ad ſeſquilineam lata. Culm. 1-4-6. unc. Fol. vaginale, ſeſcunc. ſuper ſpicam elatum, convolutum. Spica ovat-conica, etiam 2-3. craſſa, ſemunc. longa, ad 3. lineas lata. Glumæ ovat-lanc. mucronatæ, ſpadiceo-virides. Sem. breve, triquetrum, cortice rugoſo: villi nudi.

glomeratus. S. culmo nudo, teretiuſcul. umbella glomerata: involuc. 2-phyl. brevi: fl. diandris. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Zeylona.

Fol. radical. conferta, brevia, curvata, rigida. Culm. ſolitar. palm. Umbel. compoſita. Involucc. ſquamæ nonnullæ, ſcarioſæ. Spicul. ovatæ, e ſquamis latis, obtuſis, concavis, fuſcis, albo-marginat.

arvenſis. S. culmis compreſſis, ſtriatis: umbell. ſimplicibus: involuc. plerumq. 1-phyll. brevi. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Zeylona.

Culm. 2-ped. baſi vagina fuſca, 2-pollic. Fol. breve e vagina exiens. Umbel. 5-8. ſtachya. Raro pedunc. intermedius ſpicas 2. pedicellatas gerit. Spic. ovatæ, fuſcæ, peduncul. e ſquamis lanceol. a baſi ſenſim deciduis.

polytrichioides. S. culm. compressis, setaceis: spicis terminalibus, solitar. subnutantibus, monandris. *Retz. Obs. fasc.* 4.
Gramen polytrichum. *Rumph. amb.* 6. *tab.* 7. f. 1.
In Zeylona.
Rad. nigricantes. Culmi cespitosi, 4-6-pollic. Fol. breviora, filiform. Spica subovata, bracteata. Squam. ovatæ, carinatæ, obtusæ, scariosæ, apice fuscæ. Stam. tres.

nutans. S. culm. compresso, sub 4-gon. nutante. Spica ovata, solitaria, terminali, nutante. *Retz. Obs. fasc.* 4.
Habitat Malaccæ.
Culm. pl. spitham. filiform. basi squamis brevibus, fuscis. Spica nuda, e spicis ovatis, subfuscis.

lateralis. S. culmis triquetris, nudis: spicis subternis, lateralibus: involuc. 1-phyll. brevi. *Retz. Obs. fasc.* 4.
In Zeylona.
Culm. spith-pedal. filiform. basi vaginati. Fol. conformia, sed breviora. Spica una pedunculi.

caribæus. S. culmis fasciculatis, setaceis, fulcatis: spica minima, terminali, ovata. *Retz. Obs. fasc.* 4. *Friis Rotth. Descr. tab.* 15. f. 3.
In Zeylona.
Sem. ovato-subtriquetrum.

æstivalis. S. culmis depressis, triquetris, nudis: umbellis compositis, involucratis: fl. monandris. *Retz. Obs. fasc.* 4.
In Zeylonæ fluviis, fundo limoso exsiccato.
Radic. nigricantes. Culm. 3-pollic. filiform. Fol. filiform. canaliculata, hirta. Involuc. filiform. hirta, foliol. 5-8: quorum 3. umbella longiora. Involucc. brevia, capillaria. Spicul. teretisubangulatæ. Squamæ fuscæ, carinatæ, acuminibus divaricatis.

82. KYLLINGA. Ament. ovat. seu oblongum, imbricatum. Fl. cal. corollaq. 2-valvi.

1. *monocephala*. K. culmo filifor. triquetro: capitulo globoso, sessili: involucr. longiss. 3 phyl. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Rotth. descr. pl.* l. 1. *tab.* 4. f. 4.
Schœnus coloratus. *Syst. veg. ed.* 13. *Sloan.*

Jam. hiſt. 1. *tab.* 78. f. 1. - *Rumph. Amb.* 6. *tab.* 3. f. 2.

In Indiis.

Radix ſarmentoſa. Culm. pl. ſeſqui-2 pedal. ad radicem folioſi, ſupra nudi. Fol. digitalia, linearia, culmo breviora, canaliculata, aſpera. Capitulum refert receptaculum Fragariæ, magnitudine Piſi.

2. *triceps*. K. capitulis terminalibus ſubternis, ſeſſilibus, glomeratis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Schœnus niveus. *Syſt. veg. ed.* 13. *Jacq. hort.* 1. *tab.* 97. *Rottb. deſcr. pl.* 1. 1. *tab.* 4. f. 6. *H. Mal.* 2. *tab.* 53.

In Indiis.

Similis priori, ſed differt capitulo trilobo.

Planta ceſpitoſa, denſa. Radix aromatica. Culm. 1-2-ped. erectus, nudus. Fol. culmo breviora, enſiform-linear. Involuc. 4-phyll.

3. *paniceæ*. K. umbel. terminali; ſpicis ſeſſilibus, pedunculatiſq. cylindric. imbricat: involuc. univerſali ſub 4-phyl: partiali nullo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Supp. Rottb. deſcr. pl. tab.* 4. f. 1.

In Indiis.

4. *umbellata*. K. umbel. terminali; ſpicis ſeſſilibus, pedunculatiſq. cylindricis, ſquarroſis: involucr. univerſali polyphyl. partiali 3-phyl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Rottb. gram. tab.* 4. f. 2.

In Indiis.

ſumatrenſis. K. umbella terminali; ſpicis ſeſſilibus, pedunculatiſq: cylindricis, ſquarroſis: involuc. univerſali polyphyllo; partiali nullo. *Retz. Obſ. faſc.* 4.

In Sumatra.

83. FUIRENA. Ament. imbricat. ſquamis ariſtatis. Cal. o. Cor. glumis 3. petaliformibus, obcordat. cirrho terminatis.

1. *paniculata*. F. culmo angulato: fol. lanceol. ſtriatis, remotis: fl. umbellatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Rottb. deſcr. pl.* 1. 1. *tab.* 19. f. 3.

Facies Scirpi. Culm. altus, ſimplex, angulatus, ſtriatus. Fol. alterna, in ſummo caule, glauca, longitudine internodiorum, vaginis urceolatis, laxis, culmum ambientibus, breviter pilofis, membrana oris ciliata, ferruginea. Pedunc. 2-3. axillar. apice umbellati, hirſu-

tiſſ. Spicæ oblong. conglomeratæ, nigricantes.

84. ERIOPHORUM. Spica brevis, pauciflora, imbricata, ſquamis oblongis. Sem. 1. lana longiſſima cinctum, ut capitulum reddat tomentoſum.

1. *vaginatum*. E. culmis vaginatis, teretibus: ſpica ſcarioſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 236.
Juncus &c. *Scheuchz. gr. tab.* 7. f. 1. 2. 3.
In Europæ frigidis alpium ſterilibus ♃.
Culmum pedal. terminat globus bombagyno pappo tectus. Fol. radical. plus, minus triquetra, acuta; caulina mutica; ſumma baſi purpur. Spica erecta, ovata, ſquamis fuſcis. Sem. 3-gonum, apice dilatatum.
In alpibus humilius, mollius; capitulo latiore, rotundiore, glumis fuſcis, minus lividis &c.

2. *polyſtachion*. E. culmis teretibus; fol. planis: ſpicis pleriſq. pedunculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. Herborn. tab.* 1. f. 5.
Linagroſtis &c. *Vaill. Paris tab.* 16. f. 11. & *var.* f. 2.
Gramen &c. *Garid. Aix. tab.* 44.
In Europæ uliginoſis turfoſis ♃.
Culm. ped-cubital. Panicula tomento nivea. Spicæ uſque 7. immaturæ erectæ, per ætatem pendulæ, primo rotundæ, dein longiores. Spicul. ſquamæ pellucidæ, membranaceæ, per ætatem rufeſcentes.

3. *virginicum*. E. culmis foliоſis, teretibus: fol. planis. Spica erecta. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 299. f. 4. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 9. f. 2.
In Virginia.
Culm. 1-ſeſquiped. erectus, enodis. Fol. Triticea, ſumma 3. e geniculo, palmaria. Paniculæ glomeratæ 6-7. tomentoſæ, ſubfuſcæ.

4. *cyperinum*. E. culmis teretibus, foliоſis: panicula ſupradecomp. prolifera; ſpicul. ſubternis. *Syst. veg. ed.* 14.
Cyperus &c. *Pluk. mant. tab.* 419. f. 3.
In America Septent.
Statura omnino Cyperi, ſed ſpiculæ Scirpi, niſi ſem. matureſcentia producerent lanam gilvam, ſeu teſtaceam, vix ſpiculis longiorem.

5. *alpinum*. E. culmis nudis, triquetris: ſpica pappo breviore. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 620.

Linagroſtis &c. *Scheuchz. gram. tab.* 7. f. 4. *prodr. tab.* 8.

In Europæ alpibus ♃.

Culm. ſemiped. ſpica unica, ovat-oblon. Glumæ cinnameo-virides. Pappus fluitans pedicellum refert. Sem. acuminatum, fuſcum.

85. NARDUS. Fl. ſolitarii, ſpicati. Glumæ folliculi binæ, anguſtæ, acuminatæ, etiam ariſtatæ.

1. *thomæa*. N. ſpica filiformi, recta, utrimque imbricata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Linn. ſuppl.*

In Tranquebaria.

Fol. in ceſpitem nata, 2-pollic. alterna, ſetacea. Culm. 2-pollic. Spicæ terminal. ſolitariæ, ſeſſiles, teretes, flaveſcentes, floſculis vix conſpicuis.

2. *ſtricta*. N. ſpica ſetacea, recta, ſecunda. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 7 *Leerſ. herborn. tab.* 1. f. 7. Gramen &c. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* f. 8. *Monti ic.* 31. *Scheuchz. agroſt. tab.* 2. f. 10.

In Europæ aſperis, ſteriilibus, montanis ♃.

Planta ceſpitoſa. Culm. palmar. & ultra. Fol. capillacea. Spica longa, linearis, rara. Glumæ lanceol. in ſetas deſinentes, ſæpius coloratæ. Locuſtæ ſæpe violac.

3. *gangitis*. N. ſpica recurva. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lob. ic.* 84. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 13. *f. ult.*

In Gallia narbonenſi.

Obſcura: an N. ariſtatæ var.? Culm. erecti, nudi. Fol. plura, in ceſpitem diſpoſita, longa. Spica longa, convoluta. Fl. unilateral. piloſi.

4. *ariſtata*. N. calycibus ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. Gramen &c. *Bocc. Muſ.* 2. *tab.* 57. *Barr. rar. tab.* 117. f. 1.

Romæ, in agro Nicæenſi, & Pedemontano ☉.

Culm. pl. ſemiped-palm. ex quorum geniculis alii exeunt, brachiati, recurvi. Fol. plura, brevia, anguſta. Spica 2-3-unc. Locuſtæ alternæ.

5. *ciliaris*. N. ſpica incurva, ciliata. *Syſt. veg. ed.* 14.

In India.

Fol. graminea, plana. Culm. ſpitham. Spica dimidiata, ſeu altero latere tantum floſcul. alternis, 12-15.

6. *indica*. N. ſpica ſetacea, ſecunda, ſubincurvata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*

In Tranquebaria.

Gramen longitudine digiti, ſubramoſum, lævе. Fol. culmo breviora, alterna, remota, plana. Spica imbricata, verſus fl. anguſtiſſima.

86. POMMEREULLA. Cal. turbinatus, 2-valv. valvulæ 4-fid. dorſo ariſtatæ.

1. *cornucopiæ*. P. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*

In India.

Gramen parvum, valde ſingulare. Radix fibroſa, repens, alba. Fol. vix digitalia, equitantia, bifariam imbricata, compreſſa, lævia. Culm. ramoſi, vix fol. longiores. Spica ſubracemoſa, alba, baſi obvallata fol. ſubſpathæformi. Flos florem Caryophyllæum plenum referens. Sem. rufum.

87. LYGEUM. Spatha 1-phyll. Cor. binæ ſupra idem germen. Nux 2-locul.

1. *ſparteum*. L. *Syſt. veg. ed.* 14. *Loeſl. it. tab.* 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *fig.* 2.

In Europæ campis argilloſis ♃.

Plantæ color e viridi-paleac. Culm. & fol. in ceſpitem faſciculata. Culmus unico articulo verſus apicem donatur, ſpith-2-pedal. Flos unicus, terminalis, inclinatus.

DIGYNIA.

88. BOBARTIA. Cal. imbricatus. Cor. gluma 2-valv. ſupera.

1. *indica*. B. ſpicis capitatis; involuc. folioſo. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. tab.* 300. f. 7.

In India.

Refert ita Schoenum mucronatum, ut eius fig. pro huius ubique venditari poſſit.

Culm. altus, nudus, teres. Spicæ pl. in capitulum collectæ, ſeſſil. oblong. cylindricæ. Involuc. 2-phyll. altero breviore ex fol. horizontal. ventricoſo, acumin. longitudine capituli; altero baſi ventricoſo, capitulo quinquies longiore, horizontali.

89. CORNUCOPIÆ. Involucr. 1-phyll. infundibulifor. crenatum, multifl. Cal. 2-valv. Cor. 1-valv. Alopecuro nimis adfine.

1. *cucullatum*. C. ſpica mutica ; cucullo crenato . *Syſt. veg. ed.* 14. Juncus &c. *Pet. gaz. tab.* 73. f. 5. *Smyrnæ* .
Caul. fiſtuloſ. geniculatus , ramoſus . Fol. baſi ſpathæform. inferiora media anguſta : reliqua linearia . Pedunc. incurvati , ſpica duplo longiores . Involuc. lucido-lividum . Spica obſcure violacea , cum ſtriis lucido-purpur.

2. *alopecuroides* . C. ſpica ariſtata , cucullo hemiſphærico recepta . *Syſt. veg. ed.* 14.
In Italia .
Similis Alopecuro pratenſi . Culmi adſcendent. læves . Fol. lævia . Spica terminal. ovata , laxa , floſcul. breviſſime pediceliatis . Vagina ſupremi fol. ventricoſa , ut in Phalaride . Singularis nota eſt urceolus hemiſphæricus , integerr. (conſiſtentia fol.) qui inſtar cal. communis cingit baſin ſpicæ .

90. SACCHARUM . *Cal.* lanugo longa extra calycem , *in quo differt ab Arundine* . Cor. 2-valv.

1. *ſpontaneum* . S. fol. convolutis : panicula effuſa ; ſpicis ſimplicibus , capillaribus : fl. remotis , involucratis , geminatis ; altero pedunculato . *Syſt. veg. ed.* 14.
S. fl. paniculatis &c. *Syſt. veg. ed.* 13.
Kerpa . *H. Mal.* 12. *tab.* 46.
In Malabariæ aquoſis ♃ .
Culm. 12-ped. ſed non arboreſcent. craſſitie pennæ anſerinæ , læves , tecti vaginis fol. inanes . Fol. 2-pedal. lateribus convoluta , lævia , latitudine graminis . Panicula magna , effuſa , e ſpicis capillaribus , ſimpliciſſ. longiſſ. erectiuſc. Fl. remoti .

2. *officinarum* . S. fol. planis : fl. paniculatis . *Syst. veg. ed.* 14.
Arundo ſaccharifera . *Sloan. Jam. hiſt.* 1. *tab.* 66. *Rumph. amb.* 5. *tab.* 74. f. 1.
In Indiæ utriuſq. locis inundatis . *Colitur in Perſia* .
Culm. 8-10. ped. ſimpl. articulat. ſubincurvus . Fol. ad nodos magna , 4-pedal. 3. digitos lata , ſtriata , nervo albo , rugoſa , pallide glauca . Panic. arundinacea , albo-lanuginoſa .

3. *Ravennæ* . S. panicula laxa , rachi lanata : fl. ariſtatis . *Syſt. veg. ed.* 14.
Arundo &c. *Zan. hiſt.* 1. *tab.* 24. *Monti in Zann. tab.* 19. f. 3. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 8. f. 32.
In Italia .

Altitudo arborea. Culm. medullosus. Fol. 2. ulnas longa, viridia cum punctis rubentibus, ad basin argentea lanugine adspersa. Panicul. albo-purpurasc.

4. *Teneriffæ*. S. fol. subulat. planis: fl. paniculat. muticis: involucr. piloso nullo; cal. villosiff. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. suppl.*

In Teneriffa.

Differt a reliquis speciebus cal. hirsuto, qui in illis nudus. Caret involuc. floscul. Glumæ ovatæ, nec subulatæ, ut in S. spontaneo.

Culm. pedal. & ultra, geniculatus, articulis adproximatis, foliatis. Fol. brevia, recta, glaberrima. Panicul. medioc. magnitudinis, simil. *Holeo lanato.*

5. *spicatum*. S. fol. undatis: fl. spicatis (paniculatis). *Syst. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Pluk. alm. tab.* 119. f. 1.

Tieria. *H. Mal.* 12. *tab.* 62.

In Indiæ petrosis.

Culm. 1-2-ped. rectus, simplex, geniculat. Fol. uncial. lata, basi caulem amplectentia, margine piloso. Panicula palmar. coarctata, ovata, vel cylindrica, aristis fericeis, fusco-purpur.

---

arundinaceum. S. paniculæ confertæ pedunc. divisis: flosculis geminis, sessili, pedicellatoque, cor. 3-valv. polygamis. *Retz. Obs. fasc.* 4.

In Tranquebaria ad stagnorum margines.

Culmi alti usq. 10-ped. crassi, folios, semi-inanes. Fol. verticillata, culmo adproximata, lata. Panicula 2-ped. contracta, rachi 4-gon. Pedunc. verticillati, triquetri, articulati. Cor. valvulis hyalinis, una longiore, acuminata.

sagittatum. S. *Aubl. Guian.*

In Guianæ locis humidis, & sabulosis.

Caul. maculati succum effundunt dulcem, & saccharatum.

biflorum. S. panicula lanata, secunda: calycibus 1-fl. geminatis, extus lanatis. *Forsk. Æg p.*

In Arabiæ locis aquosis ♃.

Culm. plusquam orgyal. quandoq. ramosus. Fol. nervosa, basi superne lanato-hispida; subtus obtuse carinata, tota viridia; in medio superior. canaliculata linea alba longitudinali. Fl. geminati, alter sessilis, alter pedunculat.

hirſutum. S. ſpica hirſuta: ſpiculis geminis; altera ſeſſil. altera pedicellat. *Forsk. Æg. p.*

In Arabia.

Culm. pedal. ſimpl. Fol. vaginæ longæ, glabræ, intra fol. barba terminatæ. Spica 4-pollic. hirſutie alba.

91. PHALARIS. Cal. 2-valv. carinatus (acuminatus), longitudine æqualis, corollam includens.

1. *canarienſis*. P. panicula ovata, ſpiciformi; glumis carinatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schereb. gram. tab.* 10. f. 2. *De Leerſ. herborn. tab.* 7. f. 3. *Ludw. ect. tab.* 117. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 3. f. 1.

In Canariis inter ſegetes, & in Comitatu Nicæenſi ☉.

Caul. 3-4 cubital. geniculati, graciles. Fol. hordacea, ſubulata, cœlia. Spica 1-ſeſcunc. ſquamæ candicantes lineis viridibus. Sem. candidum, nitens.

2. *bulboſa*. P. panicula cylindrica; glumis carinatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Oriente.

Radix bulboſa. Spica 2-pollic. Glumæ ovatæ, carinatæ, arcte congeſtæ. Sem. album.

3. *nodoſa*. P. panicula oblong. fol. ringentibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Europa auſtrali.

Radix ex pl. tuberculis Avellanæ magnitudine conſtans. Altitudo humana. Culmi paucis geniculis. Fol. rigida Arundinis, margine ſcabra; ſummum leviter ventricoſum. Spicæ 4-5-unc. digiti craſſitie, compactæ, ovat-oblong. muticæ, aceroſæ. Calyc. ovat-oblong.

4. *aquatica*. P. panicula ſpiciform. ovat-oblon: glumis lanceol. carinatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Barr. rar. tab.* 700. f. 1. *Buxb. cent.* 4. *tab.* 53.

Ad Tyberim, & in Ægypto ♃.

Culm. Arundinaceus. Fol. ſolidiuſcula. Panicul. erecta. Glumæ glabræ.

5. *phleoides*. P. panicula ſpiciformi, cylindrica, glabra, paſſim vivipara. *Syſt. veg ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 531.

Gramen &c. *Moriſ. hiſt. tab.* 4. f. 2. *Bar. ic. tab.* 21. f. 2.

In Europæ verſuris, & ad vias ☉.

Habitus Phlei, ſed fl. alii. Culm. ſeſquiped. ple-

rumq. violac. Spica arcuata, pallens, in lobos divisibilis, adsperſa hinc inde glumis viviparis. Spiculæ alternæ, diſtichæ, culmo adpreſſæ, imbricatæ.

6. *utriculata*. P. panicula ſpicata: petalis ariſta articulata; vagina ſupremi folii ſpathiſor. *Syſt. veg. ed.* 14. *Scop. Delic. Inſub. faſc.* 1. *tab.* 12.

In Italia ☉.

Fol. glauca, retrorſum aſpera. Panic. minima, ſecunda. Locuſtæ 6-fl. longiores quam in F. rubra; ariſtæ triplo longiores. In locuſta villus manifeſtus.

indica. F. panicula contracta, erecta: ſpicul. compreſſis, ſubariſtatis, ſubſcarioſis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
Thiama pullu. *H. Mal.* T. XII. *tab.* 45.
In Tranquebaria.

Facies omnino Poæ. Culm. 3-ped. & ultra, ſtriati, folioſi. Fol. linearia, vaginis baſi tumidis. Panicula ſemiped. Spicul. parvæ, alternæ, breviter pedicellatæ.
Dignoſcitur col. cæruleſcenti-viridi. Panicul. dimidia pars ſimul floret, & patet; dein contrahitur florente altera parte.

106. BROMUS. Cal. glumæ acuminatæ, muticæ, infer. minore. Folliculi gluma infer. maior, concava, apice 2-fido, ariſtam rectam infra apicem emittens. Super. minor eſt, & mutica. Sem. folliculo arcte incluſum.

1. *ſecalinus.* B. panicula patente, (*erecta*); ſpicul. compreſſo-ovatis, ariſtis erectis: ſeminibus diſtinctis, *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 11. f. 2.
B. vitioſus. *Weigel. obſ bot. tab.* 1 f. 2.
B. multiflorus. *Weigel.* l. c. *tab.* 7. f. 1.

Feſtuca &c. *Scheuchz. gram. tab.* 3. f. 9.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3 ſ. 8. *tab.* 7. f. 17.
In Europæ agris ſecalinis arenoſis ☉.
Culm. 3-ped. Fol. lævia, oris, & nervo aſperis. Spicul. coloratæ, prius hirſutæ, dein glabræ. Locuſtæ per maturitatem nutantes, & diſtichæ.

2. *japonicus*. B. panicula patente, ramoſa: ſpicul. oblong. glabris; ariſtis divaricatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. Japon. tab.* II.
In Japonia ☉.
Culm. erect. ſubdecumb. ſpitham-pedal. ſimpl. baſi geniculat. Fol. culmo breviora, linear. ſtriata, villoſa. Pedunc. & pedicel. capillar: apice incraſſati, flexuoſi, inæqual. glabri. Spicul. 5-6-7-fl. unguicul. Glumæ imbric. margine parum membranac. ſtriatæ, infra apicem ariſtatæ.
Differt a B. arvenſi, ſpicul. oblong. & ariſtis divaricatis. A B. ſecalino ſpicul. oblong. glumis imbricatis, nec diſtantibus, & ariſtis divaricatis, A B. ſquarroſo, ſpicul. duplo anguſtioribus, & glabris, nec non panic. ramoſa.

3. *mollis*. B. panicula erectiuſc. ſpicis ovat. pubeſcentibus, ariſtis rectis: fol. molliſſime villoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 6. f. 1. *Leerſ. herb. tab.* 11. f. 1. *Weig. obſ. tab.* 1. f. 4.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 7. f. 18. *Scheuchz. gram. tab.* 5. f. 10.
In Europæ auſtralioris ſiccis ♂.
Simil. B. *ſecalino. ſed albido-pubeſcens. Genicula craſſiora, cylindrica, ſubtus in primis valde hirſuta. Fol. utrimq. molliſſima, vaginis ſtriatis. Panic. brevius pedicellata.*
Planta vulgatiſſ. Culm. 1-3-ped. Panicula ovata, anguſtata.

4. *ſquarroſus*. B. panicula (patula) nutante; ſpicul. ovatis; ariſtis divaricatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Feſtuca &c. *Scheuch. gram. tab.* 5. f. 11.
Gramen &c. *Barr. ic.* 24. f. 1. 2. *mont. ic.* 52. *b.* Gramen &c. *Buxb. cent.* 5. *tab.* 38. f. 1.
In Gallia, Helvetia, Sibiria, Pedemontio ☉.
Culm. pedal-cubital. inferne cum mollibus fol. hirſutus. Spicæ glabræ.

5. *purgans*. B. panicula nutante, criſpa: fol. utrimq. nu-

dis, vaginis pilosis; glumis villosis. *Syst. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Few. peruv.* T. 1.?

In Canada ♃.

Culm. sesquiped. firmus. Fol. latitudine Arundinis, carinata, viridia. Panic. flexuosa. Spicul. oblong.

Differt nostra a Few. radicibus fibrosis, nec squamosis; spicul. angustioribus.

6. *inermis*. B. panic. erecta; spicul. subteretibus, subulat. nudis, submuticis. *Syst. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 13.

Gramen &c. *Barr. ic.* 25.

In Germania, Helvetia &c. ♃.

Rad. maxime reptans. Culm. erectus, 1-3-ped. geniculat. purpurasc. Fol. plana, mucronata, subtus nervo albicante. Ligula breviss. obtusa, alba. Panic. pedal. subnutans ad apicem, primum contracta, dein patens. Spicul. reliquis longior, flosculis sub 9.

7. *bifidus*. B. panic. erecta, ramosa; spicul. ovatis, sub 3-fl. glumis bifido-setaceis, arista divaricata. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. Jap.*

In Japonia.

Differt a B. squarroso, panic. ramosa, spicul. multoties min. paucifl. glabris, gluma 2-fid. 2-seta, nec tantum emarginata.

Culm. erect. 2-ped. simpl. striatus. Fol. brevia, digital. & pollic. linear. striata, pubescent. Panic. palmar. & ultra, parum patens. Pedunc. & pedicel. capillar. flexuosi. Spicul. vix lineam longæ, alternæ, glumis patulis.

Habitus potius Avenæ, quam Bromi.

8. *asper*. B. panicula nutante, scabra; spicul. aristat. villosis: fol. scabris. *Syst. veg. ed.* 14.

Festuca &c. *Morif.* 3. s. 8. *tab.* 7. f. 27.

In Germania, Helvetia, Anglia ♃.

Differt a B. Secalino panic. pedali; ramis semiped. Spicul. sunt anguste, teretes, glabræ, ex viridi, alboq. col. purpurasc. Fol. utrimq. hirsuta. Vaginæ villosæ, ac molles.

9. *ciliatus*. B. panicula nutante: fol. utrimq. vaginisq. subpilos. glumis ciliatis. *Syst. veg. ed.* 14.

In Canada.

Culm. tenues. Spicul. oblon. compressæ, peta-

lorum marginibus valde piloſis; qua nota facile diſtinguitur.

10. *ſterilis*. B. panic. patula; ſpicul. oblong. diſtichis; glumis ſubulato-ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 11. f. 4.
B. grandifl. *Weig. obſ. tab.* 1. f. 1. *ſub qua denominatione B. ſterilem, & tectorum coniungit.*
Gramen &c. *Mont. ic.* 1. *Scheuchz. gram. tab.* 5. f. 14.
Feſtuca. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 7. f. 11.
In Europæ auſtralis agris &c. ♂.
Differt a B. tectorum, magnitudine; pedunc. ſcabris, non piloſis.
Culm. cubital. Fol. longa, ſuperne villoſula. Panic. magna, fol. caulinis longior, fere unilateral. multifariam diviſa, poſt efflorescentiam nutans. Pedunc. longi. Spicul. 2-unc. ſubcompreſſæ, apice divergentes.
Var. hirſuta. Hall. Hiſt. n. 1507.

11. *arvenſis*. B. panicula nutante: ſpicul. ovat-oblong. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 293. *Leerſ. herb. tab.* 11. f. 3. *Weig. obſ. tab.* 1. f. 3.
Gramen &c. *Vaill. tab.* 18. f. 3.
Feſtuca &c. *Scheuchz. gram. tab.* 5. f. 15. *Rudb. elyſ.* f. 7. *optima.*
In Europa ad verſuras agrorum ☉.
Culm. 4-ped. Fol. magna, iuniora hirſuta, adulta glabra. Panicul. longa, ſemiped. diffuſa, pedunc. longis, ſparſis, ramoſis. Locuſtæ denſæ.

12. *geniculatus*. B. panic. erecta; floſcul. diſtantibus; pedunc. angulat. culmo genu procumbent. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Luſitania.
Culm. vix palm. Fol. graminea, lævia, vaginis culmum veſtientibus. Fl. oblong. 4-fl.

13. *tectorum*. B. panic. nutante: ſpicul. linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14 *Leerſ. herb. tab.* 10. f. 2.
Feſtuca. *Pluk. alm. tab.* 299. f. 2. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 7. f. 13.
In Europæ tectis terreſtribus & collibus ſiccis ♂.
Tota planta ſæpe purpuraſc. Culm. ſpitham. gracilis. Fol. margine ciliata. Panic. ſecunda. Ariſtæ breves, vel longæ.

14. *giganteus*. B. panic. nutante; ſpicul. 4-fl. ariſtis breviorib. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 11. *Leerſ.*

herborn. tab. 10. f. 1. *Weig. obſ. tab.* 1. f. 5.

Gramen &c. *Vaill. Pariſ. tab.* 11. f. 3. *Scheuchz. gram. tab.* 5. f. 14.

b. B. glaber &c. *Hal. Hiſt. n.* 1506. Gramen &c. *Scheuch. agroſt. tab.* 5. f. 16.

In Europæ humidis, umbroſis collibus, ſylvis 4.

Culm. 3--4--pedal. Fol. ſpitham. lata, glabra. Panic. palm. ampla, ad floreſcentiam ſparſa, primum erectiuſc. dein nutans. Racemi binati.

15. *rubens.* B. panic. faſciculata; ſpicul. ſubſeſſilibus, villoſis, ariſtis erectis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Hiſpania, & agro Nicæenſi ⊙.

Spicul. multæ, oblong. longe ariſtatæ, in faſciculum ovatum congeſtæ.

16. *ſcoparius.* B. panic. faſciculata; ſpicul. ſubſeſſilibus, glabris; ariſtis patulis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Hiſpania.

Panicula ovata ex ſpicis ſubſeſſilibus, ovat-obl. Ariſtæ extrorſum verſæ.

17. *rigens.* B. panic. ſpicata; ſpicul. erectis, ſubſeſſilib. pubeſcent. ſub 4-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Luſitania.

Culm. ſpitham. fol. veſtiti. Fol. nervoſa, ſupra leviter piloſa, vaginis totum culmum veſtientibus. Spica erecta, breviter peduncul. ſpicul. ſparſis, ſubſeſſilibus, erectis. Ariſta longitudine ſpiculæ.

18. *racemoſus.* B. racemo ſimpliciſſ. pedunc. 1-fl. fl. 6-fl. lævibus, ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Anglia.

Racemus nutans. Fol. ſubtus villoſa. Fl. ovati, acuminati.

19. *triflorus.* B. panicula patente; fl. ſub. 3-fl. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 440.?

In nemoribus Germaniæ &c.

Culm. digit-palm. geniculi purpuraſc. Ligula obtuſiuſc. alba. Panic. digit-palm. Spicul. parvæ, lanceol. e glauco-viridi-albicantes.

20. *madritenſis.* B. panic. rariore, patulo-erecta; ſpicul. linearibus, intermediis geminis, pedicellatis, ſuperne incraſſatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Barr. ic.* 76. f. 1.

In Hiſpania, Anglia, Comitatu Nicæenſi ⊙.

Culm. 2-pedal. genicul. turgidis. Fol. latiuſc. mollia. Ariſtæ longæ, erectæ.

21. *ramosus*. B. culm. ramosiss. fol. involuto-subulatis: spicul. sessilibus. *Syst. veg. ed.* 14.
In Oriente ♃.
Culm. procumbent. filiform. Fol. setacea. Spicæ sæpe 3. alternæ, facie omnino B. *pinnati*.

22. *pinnatus*. B. culm. indivisus; spicul. alternis, subsessilibus, teretibus, subaristatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 164. *Leers. herb. tab.* 10. f. 3. *Weig. obs. tab.* 1. f. 10.
Gramen &c. *Petiv. gram. tab.* 3. f. 1. *Mont. tab.* 16. *Scheuchz. gram. tab.* 1. f. 7.
In Europæ sylvis montosis asperis ♃.
Culm. 1-2-ped. una cum fol. & vaginis villosus. Fol. plana. Spica stricta, disticha. Spicul. oblong. Cal. & fl. glumæ pilis longis, lutescentibus, & pubescentibus præditæ. Cor. subaristata. Spicularum latus planum culmo obvertitur. Dum floret, spicæ a culmo horizontaliter discedunt: post efflorescentiam culmo adproximantur.

23. *cristatus*. B. spicul. distiche imbricatis, sessilibus, depressis. *Syst. veg. ed.* 14.
Triticum &c. *Schreb. gram. tab.* 23. f. 2.
Festuca &c. *Gmel. Sib* 1. *tab.* 23.
Gramen &c. *Buxb. cent.* 1. *tab.* 50. f. 3. *mala*.
In Sibiria, Tartaria ♃.
Culm. ped-cubital. Fol. glauco-viridia. Spica unc.-sesquiunc. plerumq. subinfuta. Spicul. longæ, teretes.

24. *distachyos*. B. spicis sub duabus erectis, alternis. *Syst. veg. ed.* 14. *Ger. prov. tab.* 3. f. 1. *Weig. obs. tab.* 1. f. 8.
Gramen &c. *Barr. ic.* 99. f. 2. *Pluk. alm. tab.* 33. f. 1.
In Europa australi, Oriente ☉.
Differt a reliquis præcipue spicis sæpe duabus, quarum inferior sessilis, nam in culto 3. *spicæ aristatæ*.
Culm. 1-2-ped. indivisus, erectus, glaber. Spicæ sub 10-fl. spicul. sessil. planæ, obversæ scapo, ut in Triticis.

25. *stipoides*. B. panicula erectiusc., pedunc. ensiformib. *Syst. veg. ed.* 14.
In Maiorca ☉.
Gramen spitham. Culm. pl. erecti, læves, fol. culmo breviorib. Panic. oblonga, fuscescens.

Pedunculi ad dentes terni, intermedio 1-fl. lateralibus 2-3-fl.

Diverſus a ſtipa membranacea & genere, & habitu, pedunc. licet conveniat; cum ſtipæ ariſtæ ſemine quadruplo longiores; huic vix ſeminis longitudine.

ſylvaticus. B. ſpicul. ſeſſilibus: culm. indiviſo; ariſtis folliculi glumas longitudine æquantibus. *Pollich. Palat. Fl. Dan. tab.* 164.

In Palatinatu.

Differt revera a B. pinnato, cui ſimilis. Culm. 2-ped. & ultra, villoſus. Fol. utrimq. pilis mollibus villoſa. Spicul. villoſæ, ac leviter ſtriatæ.

gracilis. B. ſpica terminali, debili: ſpicul. alternis, remotis, teretibus ſubulatis, glabris; ariſtis longioribus. *Weig. obſ. Bot.*

In Palatinatu.

Differt a B. pinnato, culmo graciliore; fol. longioribus; ſpica e vagina ſummi folii; & ſpicul. remotis, anguſtioribus, longius ariſtatis.

montanus. B. panicula nutante; ſpicul. ſub 6-fl. ariſtis longioribus. *Pollich. Palat.*

In Palatinatu.

Culm. 4-5-pedal. erectus, teres. Fol. plana: ligula brevis, alba; vaginæ, præcipue infer. ſcabræ, & villoſæ. Spicul. lanceol. ariſtis uncial. tereti-compreſſiuſc.

ſtrictus. B. *Scop. Fl. Carn.*

In Carniola.

Culm. 2-pedal. diffuſi. Fol. vix 2-unc. refracta. Panic. 2-3-unc. laxa, rigida. Racemi plerumq. ſimpl. paucifl. Spicul. 2-3-fl. axi adpreſſæ. Petalum exterius 2-fid. e medio ariſtatum; interius muticum, 2-part.

villoſus. B. *Scop. Fl. Carn.*

Triticum rad. repente vaginoſ. *Hall. Hiſt. n.* 1423.

In Carniola, Helvetia.

Statura Tritici, nodis 6. Fol. ſemipedal. Spica 4-unc. Floſc. ariſtati. Cal. muticus. Receptac. villoſum. *Variat culm. nodis, vaginiſq. piloſis.*

villoſus. B. panicula f. ſciculata; ſpicul. linearibus, 6-fl., pedicell. glabris. *Forsk. Æg.*

In Ægypto.

Culm. pedal. villoſus, & rachis paniculæ. Fol. 2-pollic. lanceol. villoſa. Vaginæ longiſſ. glabræ, ad apicem villoſæ, terminatæ intra folium membrana amplexic. hyalina. Spicul. pollic. erectæ.

polyſtachios. B. paniculis patentibus, ramis ſpicatis; ſpicul. alternis, adpreſſis, linearibus, ariſtis breviſſ. *Forsk. Æg.*

In Ægypti foſſis.

Culm. cubitalis.

Poiformis. B. panicula ſpicata, ovato-oblon. ſpicul. horizontalibus, compreſſis, 5-fl. *Forsk. Æg.*

In Ægypto.

Bromus (*Triticum*) locuſtis remotis, hirſutis, teretibus, exiguis: culmis floriferis gracilioribus. *Hall. Hiſt. n.* 1432.

In Helvetia.

Simile B. pinnato.

liguſticus. B. *All. Fl. Ped.*

Gramen &c. *Barr. ic.* 76. f. 2. *Scheuchz. gram. tab.* 6. f. 13.

In Liguria ad litora maris ☉.

agreſtis. B. hirſutus, anguſtifolius; locuſtis 5-fl. ariſtis folliculo brevioribus. *Hall. helv. n.* 1507. *All. Fl. Ped.*

Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 5. f. 13.

Feſtuca &c. *Vaill. tab.* 18. f. 2.

In paſcuis ſterilibus ♃.

Dertonenſis. B. *All. Fl. Ped.*

Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 6. f. 10.

Ad agrorum margines ☉.

Plukenetii. B. fol. convolutis, pungentibus: locuſtis binis terminalibus. *All. Fl. Ped.*

Gramen &c. *Pluk. phyt. tab.* 33. f. 1.

In locis aridis ſaxoſis, calidioribus ♃.

Rad. repens. Culmi pl. ad baſin ramoſi, rigidi. Fol. linearia, glauca. Culm. ſpithama longior, ſubnudus, excepta parte inferiori. In culmo erecto ad baſin nodus fuſcus, ex quo vagina fol. caulini erumpit. Locuſtæ diſtichæ, teretes, ſed tamen utrimque compreſſæ, glabræ.

ramoſus. B. panicula ramoſa, nutante, ſcabra; ſpicul. linearibus, 10-fl. ariſta longioribus, fol. ſcabris. *Hudſ. Fl. Angl. All. Fl. Ped.*

Allion.

In ſylvis collium ♃.

107. STIPA. Cal. 2-valv. 1-fl. Cor. valvula exteriore ariſta terminali; baſi articulata. *Dignoſcitur glumæ corollinæ ariſta longiſſima.*

1. *pennata*. S. ariſtis lanatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Cluſ. hiſt.* 2. p. 221.
In Europa, e rupium fiſſuris ſolet prodire ♃.
Radices ceſpitoſæ. Fol. in iunceam tenuitatem convoluta. Panic. pedal. latior, & diſſecta ex vagina fol. latiuſc. Ariſta quandoque ſemiped. undique emittens pilos albos, tenuiſſimos, patulos.

2. *iuncea*. S. ariſtis nudis, rectis: calycibus ſemine longioribus, fol. intus lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Helvetia, Gallia ♂.
Culm. 3-ped. Panic. longa, pedal. anguſtiſſ. exiens e fol. convoluto, tamquam ex ſpatha. Ariſta non piloſa.
Haller. cum ſequenti coniungit, a qua tamen certe diſtincta.

3. *capillata*. S. ariſtis nudis, curvatis; calyc. ſemine longioribus: fol. intus pubeſcentib. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Germaniæ, Galliæ, Pedemontii vallibus & montibus ♃.
Simil. priori, ſed fol. non teretia, ſulco longitudinali; ſed breviora, rigidiora, minus ſcabra, latere ſuper. magis explanata, & ſubpubeſcent. Cal. non albus, ſed ſpadiceus. Ariſtæ breviores, & adultiores varie curvatæ.

4. *Ariſtella*. S. ariſtis nudis, rectis, calyce vix duplo longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Monſpelii ♃.
Culm. 2-ped. Fol. anguſta. Panic. ſubſpicata, pedunc. 2-3-fl. Cal. longitudine ſeminis. Sem. teres, raris villis pubeſcens.

5. *tenaciſſima*. S. ariſtis baſi piloſis: panicul. ſpicata: fol. filiformibus (tenaciſſ.). *Syſt. veg. ed.* 14.
Spartum &c. *Cluſ.* 2. p. 220.
In Hiſpaniæ collibus arenoſis ♃.
Culm. pl. 2-3-ped. erecti, rigidi. Fol. radical. multa, glabra; caulina breviora; vaginæ longæ. Panic. ſpithama longior, erecta, contracta.

6. *avenacea*. S. ariſtis nudis; calycibus ſemen æquantibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia.
Culmi tenues. Fol. ſummum ventricoſum, lon-

gitudine panicul. Panicula pedunc. coniugatis, 1-fl.

Gramen hoc Avena ſativa minus eſt.

7. *membranacea.* S. pedicell. dilatatis membranac. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Hiſpania, ad cap. b. Spei.

Culm. lævis. Racemus pedunc. 1-fl. Ariſta ſem. flexuoſa, ſemine paulo longior. Flos penultimus ſeſſilis.

8. *arguens.* S. ariſtis nudis; bracteis baſi barbatis, floſcul. ſeſſili-faſciculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Rumph. Amb. 6. tab. 6.* f. 1.

In India.

Culm. 6-7-pedal. ex purpur-fuſci. Fl. in faſcicul. congeſti, ut glumæ vix a bracteis diſtinguantur. Bract. longiores. Sem. baſi hirſuta, ariſtis terminalibus nigris, contortis.

9. *ſpicata.* S. fl. ſpicat. ariſtis ſeminudis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*

Ad cap. b. Spei ♃.

Radix repens. Culm. pl. ſeſquiped. læves. Fol. graminea, lævia, in ſummo culm. brevia. Spica vix digiti longitudine, anguſta. Fl. ſeſſiles, vix pubeſcent. baſi villoſi. Ariſta terminal. vix digitalis, torta, piloſiuſcula.

108. AVENA. Cal. 2-glumis, multifl. glumis ventricoſis, non ariſtatis. Ariſta e dorſo cor. articulata, contorta. Germina pappus ſericeus ſæpe circumdat.

1. *ſibirica.* A. paniculata; calyc. 1-fl. ſeminibus hirſutis; ariſtis cal. triplo longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. Feſtuca &c. *Gmel. Sibir.* 1. *tab.* 22.

In Sibiria.

Culm. 1-2-cubital. Fol. fere iuncea, pedal. & ultra, in ſe quaſi convoluta. Panic. dodrant. ſpicata, ſæpe heteromalla, viridis, purpuro-violac. aut verſicolor.

2. *elatior.* A. paniculata; calyc. 2-fl. floſcul. hermaphrodito ſubmutico, maſculo ariſtato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 165. *Schreb. gram. tab.* 1. *Leerſ. herb. tab.* 10. f. 4.

Gramen &c. *Morif. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 7. f. 37. *b.* f. 38. *Scheuchz. gram. tab.* 4. f. 7. *Mont. gram. tab.* 76. *Lob. ic.* 23.

Holcus *avenacius. Scop. Fl. Carn. All. Fl. Ped.*

In Europæ montanis, & apricis ♃.

Radix ex tuberibus compreſſis. Culm. 2-3-pedal.

Fol. etiam subhirsuta. Panicula longa, angusta, multifl. constans ex locustis Avenacearum æmulis. Aristæ incurvæ, purpurascent.

Ad Holci genus pertinet cum hac definitione = H. fl. masculo aristato; arista dorsali, tortili, refracta.

3. *stipiformis*. A. paniculata; calycibus 2-fl. aristis fem. duplo longioribus: culm. ramoso. *Syst. veg. ed.* 14.

Ad cap. b. Spei.

Culm. pedal. sæpe reclinati, læves, geniculis fuscis. Ramus brevis, etiam florifer, ex singulis fol. alis. Panic. parva, avenacea.

4. *pensylvanica*. A. panicul. attenuata; calyc. 2-fl. fem. villosis; aristis calyce duplo longioribus. *Syst. veg. ed.* 14.

In Pensylvania.

Fol. pollic. rigida, basi barbata.

5. *loeflingiana*. A. panicula contracta; floscul. binis hirsutis; altero peduncul. apice biaristato; arista intermedia longiore. *Syst. veg. ed.* 14.

In Hispania, ad cap. b. Spei.

Gramen vix digiti longitudine. Culm. pl. ex radice. Fol. planiusc. summum ventricosum, latius. Panicul. crassa. Cal. floscul. longior. Aristæ terminales, setaceæ, longitudine corol. dorsalis duplo longior, torta.

6. *sativa*. A. paniculata, calycibus dispermis; fem. lævibus; altero aristato. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 422. *Hall. in nov. comm. Gottin.* VI. *tab.* 4.

b. A. *alba.*

In Insula Ivan Fernandez versus Chilli ☉.

Caul. 2-pedal. articulatus. Fol. Tritico angustiora. Panicul. varia, semper laxa. Locustæ longæ, peduncul. pendulæ.

7. *nuda*. A. paniculata, cal. 3-fl. receptaculo calyc. excedente; petalis dorso aristatis; tertio floseulo murico. *Syst. veg. ed.* 14. *Hall. comm. nov. Gotting.* VI. *tab.* 2. 4. *Lob. ic.* 32. *Morif. Hist.* 3. *f.* 8. *tab.* 7. f. 4.

Adfinis Sativæ, sed sem. decorticata decidunt.

8. *fatua*. A. paniculata; calycibus 3-fl. floscul. omnibus aristatis, basiq. pilosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 15. *Leerf. herb. tab.* 9. f. 4.

Gramen &c. *Barr. ic.* 75. *tab.* 5. f. 1. *Scheuchz. gram. tab.* 5. 7.

In Europæ agris montanis inter segetes ☉.

Culm. 4-pedal. Fol. glabra, retroverſu aſpera. Panicul. ampla, palmar. pyramidal. patens; matura valde nutans. Locuſtæ flaveſcentes.

9. *ſeſquitertia*. A. paniculata; calyc. ſub 3-fl. floſcul. omnibus ariſtatis; receptacul. barbatis. *Syſt. veg. ed.* 14. Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 4. f. 17. A. B. *In Helvetiæ, Auſtriæ, Pedemontii pratis montanis.* Panicul. oblonga. *Var. A. flaveſcentis Hall. Hiſt. n.* 1497.

10. *pubeſcens*. A. ſubſpicata, calycibus ſub 3-fl. baſi piloſis: fol. planis, pubeſcentibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 9. f. 2. Gramen &c. *Raii. Angl.* 3. *tab.* 21. f. 2. *Scheuchz. gram. tab.* 4. f. 20. *Mont. ic.* 65. *In Europæ pratis* 24. *Nimis adfinis A. pratenſi, ſed fol. non involuta.* Culm. 2-3-pedal. erectus, geniculis 3. purpuraſc. Ligula mucronata, alba. Panicul. 4-6-pollic. laxa, molliuſcula, in floreſcentia ſolum patens. Spicul. maiuſcul. ſpecioſæ, ex viridi-albo-purpureo ſplendentes.

11. *ſterilis*. A. paniculata; calyc. 5-fl. exterioribus floſcul. ariſtiſq. baſi piloſis; interioribus muticis. *Syſt. veg. ed.* 14. Ægylops &c. *Pet. gaz. tab.* 38. f. 7. *In Hiſpania.* Simulis A. fatuæ, ut forte ſola var. ſed triplo omnibus partibus ma. Culmi 2-cubital. Fol. anguſta. Utriculi longe peduncul. Ariſtæ longiſſ. ſeſquipalmar. ſiccæ, in modum ſpiræ convolutæ.

12. *flaveſcens*. A. panicula laxa; calyc. 3-fl. brevibus floſcul. omnibus ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 9. *Leerſ. herborn. tab.* 10. f. 5. *b.* Gramen &c. *Monti. gram. tab.* 79. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 7. f. 42. *In Europæ pratis, & paſcuis montanis* 24. Culm. 2-3-pedal. vaginis ſubvilloſis. Fol. glabra, vel hirſuta. Panicul. ſemipedal. anguſta, pallide viridis, ad defloratiouem patula. Spicul. compreſſæ, molles; maturæ diſtichæ, nitentes.

13. *hiſpida*. A. paniculata; calycibus 3-fl. piloſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.* *Ad cap. b. Spei.*

Fol. graminea, vaginis pilosis. Culm. pedal. erecti, læves. Panic. seu racemus pedicell. indivisis, 3-4. Glumæ pollic. oblong. acumin. erectæ, pilosæ. Cor. subulata. Aristæ tortæ.

14. *capensis*. A. panicul. coarctata; calyc. 3-fl. subulatis; cor. pubescente, arista intermedia tortili, curva. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

Radix repens. Fol. graminea, pauciora, lævia, margine scabra. Culm. pedal. lævis. Panicul. quasi spicata, ovat-oblong. purpurasc. Cor. 2-valv. valv. interiore brevi.

15. *purpurea*. A. panicul. coarctata; calyc. 2-fl. ovatis; cor. villosis; gluma exteriore 2-fida; arista terminali inflexa. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Martinica.

Gramen parvum, geniculat. glaberrimum. Fol. brevia ut in *Festuca ovina*, cespitosa, setacea, glabra. Panicul. parva. Glumæ calyc. purpur. Fl. omnes aristati, lanugine alba obsiti.

16. *lutea*. A. panicul. patente; calyc. 2-fl. subulat. cor. nudis triaristatis; arista intermedia flexuosa. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Martinica.

Habitus, & color Airæ flexuosæ.

17. *lupulina*. A. panicul. ovata, coarctata; calyc. 3-fl. lanceol. cor. villosis, gluma exter. bisubulata; arista intermedia reflexa. *Syst. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ad cap. b. Spei.

Difficillime distinguitur cum sufficienti discrimine ab A. purpurea, etsi differens. Hæc maior, vaginis fol. tomentosis, albis. Panicul. huius lutea, nec purpur. arcte coarctata in fig. coni Lupulini. Fl. longiores; cor. hirsutioribus 2-fid., laciniis subulato-aristat. nec obtusis, ut in A. purpurea.

18. *fragilis*. A. spicata; calycibus 4-fl. flosculo longioribus. *Syst. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 24. f. 3.

Culm. pl. spitham. 3-articul. læves, florentes adscendentes. Fol. pollic. plana, nudiusc. margine ciliata, vaginis pilosis. Spica longitud. culmi, districha: rachis compressa. Fl. adpressi, alterni.

Dignoscitur a spica, quod singulare in Avenæ genere.

19. *pra-*

19. *pratenſis*. A. ſpicata, calycibus 5-floris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 9. f. 1.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 7. f. 1. *Voill. pariſ. tab.* 18. f. 1. *Raj. Syn.* 3. *tab.* 21. f. 1.
In Europæ pratis, & paſcuis collinis, & montanis 2|.
Culm. ped-cubit. & ultra, fere nudus. Radix inſtar bulbi albidi. Fol. anguſta, glabra, retroverſu aſpera. Panic. 2-unc. & ultra, anguſta, purpuro-argentea. Ariſtæ longæ, nigræ.

20. *ſpicata*. A. ſpicata, calyc. 6-fl. longioribus; petalo exter. apice ariſtato, furcatoq. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Penſylvania.
Gramen anguſtum. Fol. linearia. Spicul. 3-4. remotæ, erectæ ſubpedunc. *Facies Feſtucæ decumbentis*.

21. *bromoides*. A. ſubſpicata; ſpicul. binatis; altera peduncul. ariſtis divaricatis, calyc. 8-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 4. f. 21. 22.
In Helvetia, Monſpelii.
Habitus Bromi ſquarroſi, Hallero Var. eſt A. pratenſis. Culm. 2-pedal. Spicul. erectæ, teretes, veluti argenteæ.

ſtrigoſa. A. panicul. oblong. ſecunda, ſubnutante; floſcul. geminis, apice 2-ariſtat., dorſo ariſta geniculata. *Schreb. ſpicil.*
Inter Avenam ſativam, & Hordeum, raro Secali immixta.
Culm. & fol. nuda. Gluma corollina maturo ſem. nigra. Sem. mediæ magnitudinis, altero apice barbatum.

rupeſtris. A. *Allion. Fl. Ped. Hall. helv. n.* 1478.
In alpium apricis.
Facies hirta, inconcinna.
Fol. anguſta, caulina etiam ſemilin. lata. Locuſtæ ma. lividæ, ariſta recurva.

aurata. A. *Allion. Fl. Pedem. Hall. helv. n.* 1488.
In alpibus.
Pulchra planta. Culmi dodrant. Fol. ſetacea, tenuiſſima. Panicula ſparſa, erecta, ſtricta. Locuſtæ longæ, mucronatæ. Fl. elliptici, aurati, baſi villoſi. Sem. oblongum, acutum. Planta adulta tota col. aureo.

A. diantha, fol. planis, patulis: petiol. floralibus villosis. *Hall. helv. n.* 1489.
In alpibus.
Rad. reptans, multicaul. Caul. semi-1. ped. ad terram folioſi, ſuperne nudi. Fol. glauca, lineam lata. Panic. anguſta, pene ſpicata, ſub 20-fl. e viridi-purpur. & albo varia. Adulta planta diſticha eſt, tuncque fl. ex argenteo, & violac. varii.

Scheuchzeri. A. petiolis ramoſis; locuſtis teretibus, 5-fl. baſi pubeſcentibus. *Hall. helv. n.* 1500. *All. Fl. Ped.*
Feſtuca &c. *Scheuchz. it. 6. tab.* 19.
Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 3.
In paſcuis editioribus 4.
Culm. ſubpedal. Fol. 2 lineas lata, carinata, glabra. Panicul. longa, anguſta, ſpicata, pedunc. 3-5-fl. Cal. ſplendens, purpur. apice curvo. Folliculi gluma exterior ex viridi ſpadiceo-aureo varia, mucronata; interior membranacea, ex aureo, & argenteo col. varia. Ariſta longa, tortilis, fuſca; pedunc. brevibus villoſis.

109. ANTHISTIRIA. Cal. æqualiter ad baſin fiſſus in lacin. 4. æquales.

1. *ciliata*, A. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In India.

---

imberbis. A. fol. involucriſque nudis. *Retz. Obſ. faſc.* 3. *Ad cap. b. Spei.*
Omnia teneriora A. ciliatæ. Culm. compreſſus. Cal. ſimil. priori. Pedunc. ſolitar. capillar. 2-fl. e vaginis 2. ſupremis.

110. LAGURUS. Calycis glumæ ariſtatæ, ariſta villoſa. Folliculus biglumis, valvula maiori, terminata duplici ariſta, cum tertia dorſali retorta, valvula altera minori acuminata. Sem. oblongum, folliculo arcte incluſum, ariſtatum.

1. *ovatus*, L. ſpica ovata, ariſtata. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 19. f. 3. *Barr. ic. tab.* 116. f. 1. 2.
In Italia, Gallia, Sicilia, Luſitania ⊙.
Culm. semi-1. ped. Fol. flexilia, lanugine quadam obſita, vaginis membrana alba. Spica mollis, incana. Ariſtæ luteſcent., aut dilutofuſcæ.

2. *cylindricus*. L. ſpica cylindrica, mutica. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Barr. ic.* 11.

Monſpelii, in Creta, Smyrnæ, agro Nicæenſi ♃.

Culm. pl. 2-pedal. recti, ſimpl. glabri. Fol. radical. longiora, nervo eminente, glabra: caulina internodiis breviora; quo ſuperiora magis vaginantia. Spica dodrant. nuda.

III. ARUNDO. Cal. 2-valv. Floſc. vagi, congeſti, lana cincti. Sem. lanuginoſo folliculo arcte incluſum.

1. *Bambos*. A. calycibus multifl. ſpicis ternis, ſeſſilibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Ily. H. Mal. 1. *tab.* 16.

Altitudo 2-3. hũa. Culm. articulat. Fol. ſpitham. digitum lata, ſenſim anguſtiora, breviter petiol. venis in longum ſtriata. Palmæ inſtar e ſummitate ramos undiq. diſpergit. Spicæ fl. ſquamoſæ nodulis caulium proveniunt. Panicul. laxæ, purpuraſc. vel nigræ.

Elicitur Saccharum. Chinenſes ex hac conficiunt Papyrum.

2. *Donax*. A. calyc. plerumq. 5-fl. panicula diffuſa: culm. fruticoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Monti. ic.* 1.

b. Arundo &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 8. f. 9.

In Europæ collibus &c. ♃.

Culm. 6-pedal. & ultra, articulatus, durus, fiſtuloſus. Fol. 2-pedal. vaginantia, lata, ſubulata, integerr. patula. Panic. ſeſquiped. erecta, lanuginoſa.

3. *phragmites*. A. calyc. (ſub) 5-fl. panicul. laxa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 7. f. 1. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 8. f. 2. *Scheuchz. gram. tab.* 3. f. 14.

In Europæ lacubus, fluviis ♃.

Culm. 6-pedal. ſimpl. Fol. unc. lata, lineata, oris ſecantibus. Panicul. pedal. per ætatem nutans. Pappus copioſiſſ. ſericeus.

4. *epigejos*. A. calyc. 1-fl. panicul. erecta: fol. ſubtus glabris. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Europæ collibus aridis, ſabuloſis ♃.

Radix geniculata. Culm. cubital. & ultra, ſimpl. ad terram vaginoſi. Panicul. 2-unc. ſubſpicata, anguſta, ſpadicea. Petal. 1. convolutum, calyce longius. Cor. ariſtatæ. *Hæc ſpec. eſt valde confuſa.*

5. *Calamagroſtis*. A. calycibus 1-fl. lævibus: cor. lanuginoſ. culm. ramoſo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 280.

Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 5. e 3. F. B. C. D.
In Europæ paludibus graminosis ♃.
Culm. cespitosi, 2-cubital. Fol. cubital. subulata, lata, oris, nervisque asperis. Panic. pedal. densa, alterne laxior, & contracta.

6. arenaria. A. calyc. 1-fl. fol. involutis, mucronato-pungentibus. *Syst. veg. ed.* 14.
In Europa, & Amer. ad maris litora arenosa ♃.
Planta glaberrima. Culm. sesquiped. erectus, geniculat. atro-purpur. Fol. 3-4. pollic. Panicul. 3-pollic. in spicam coarctata, obscure viol.

---

fuscata. A. tenuis, altissimeq. scandens. *Aubl. Guian. Plum. MSS. tab.* 92.
In Guiana.

Plinii. A. calyc. 1-fl. fol. utrimq. glabris, margine introrsum scabris. *Turre. Animad. Bot. Zann. Hist. tab.* 19. f. 2.
In Bononiæ fluviis ♃.
Non confundenda cum Andropogone Ravennæ.
Altitudo bña. Calami graciles, viminum instar flexibiles, geniculati, medullosi. Fol. angustiora, 2. dodrantas longa, aspera. Panicul. ex spicul. plumatis, viridi cœrul-purpur. varia.

maxima. A. fol. margine ciliatis, basi albis, hirsutie ciliatis, striatis, planis, totis viridibus. *Forsk. Æg.*
In Arabia.
Fol. marginis scabrities ætate evanescit.

bifaria. A. culmo erecto, foliolo: fol. bifariis: panicula coarctata; calycibus 3-fl. *Retz. Obs. fasc.* 4.
In India Orient.
Fol. conferta, spitham. pollicem lata, patentissima, plana. Panic. erecta. Cor. gluma exterior longa, subaristata, ventricosa, extus lanata: interior duplo brevior, hyalina, emarginata. Anth. flavæ. Stigm. barbata, viridi-cœrul.

Karka. A. calycibus 1-fl. nudis, flore subulato, intus lanato multo brevioribus: panicula secunda, nutante. *Retz. Obs. fasc.* 4.
Habitat in India Orient.
Culmus altus, priori angustior, inanis. Fol.

longa, digitum tranverſum lata, ſcabra. Panic. 2-ſpitham. contracta. Pedunc. longi, ſemiverticill. inæqualiter diviſi. Fl. ſparſi, longe pedicellati, ſolitar. ſubulati.

112. ARISTIDA. Cal. 2-valv. Cor. 1-valv. ariſtis 3. terminalibus.

1. *adſcenſionis.* A. panicul. ramoſa, ſpicis ſparſis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Sloan. Jam.* 1. *tab.* 2. f. 56. *Pluk. alm. tab.* 191. f. 3 ?

In Inſula Adſcenſionis ♃.

Habitus *Feſtucæ ovinæ*, ſed paulo ma. Radix ceſpitem conſtituens. Culm. infeine ramoſi. Fol. e baſi latiore ſenſim anguſtata, plano-canaliculata, ſubulata. Panicul. oblonga.

2. *americana.* A. paniculæ ramis ſimpliciſſ: ſpicis alternis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In America.

Differt a priore, quod radii paniculæ ſint indiviſi: ſpicul. alternæ e floſcul. ſeſſilibus, quorum valvula calycina purpuraſcit.

3. *plumoſa.* A. paniculata; ariſta intermedia longiore, lanata: culm villoſo. *Syſt. veg. ed.* 14.

A. lanata. *Forsk. Æg. monente Vahl.*

In America.

Paniculæ ariſtis lanatis refert *Stipam pinnatam*, ſed panic. magis compoſita, & omnes partes mi. & culm. villoſus. Ariſta ſem. itidem lanata, ſed ad baſin nuda.

4. *arundinacea.* A. paniculata, ariſta intermedia longiore, lævi. *Syſt. veg. ed.* 14.

In India Orient.

Facies Graminis communis. Culm. 4-ped. anguſti, læves, farcti. Fol. anguſta, involuta, ſtriata, lævia. Panicul. oblong. erecta, pedicell. capillaribus. Fl. oblong. caneſcent. pilis albis immixtis.

5. *gigantea.* A. panicul. elongata, effuſa, ſecunda; calycibus 1-fl: ariſtis corollinis ſubæqualibus, rectis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In Teneriffa.

Gramen altiſſ. ramoſum, glaberrim. Panicul. terminal. dodrantal. non coarctata, ut in A. *adſcenſionis*: calyc. glaberr. inæqual. cœruleſcentes.

6. *Hyſtrix*. A. panicul. divaricata, patentiſſ. floſcul. ſimpliciſſ. glabris; ariſtis rectis, divaricatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Malabaria.
Gramen repens, ſtoloniferum, glaberr. Culm. breves, tenaciſſ. foliati. Fol. graminea, convoluta. Panicul terminal. magna, pedunculis, pedicelliſq. binatis. Floſc. longi, filiform.

---

paniculata. A. ſpicul. linearibus, oblong. ariſta cuiuſvis floſculi triplici, glabra. *Forsk. Æg.*
In Arabia.

ſetacea. A culmo erecto; ariſtis ſcabriuſculis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Malabaria.
Culmi ſtricti. Panicula contracta. Cor. baſi lanata. *Inter utiliſſima Indorum gramina.*

depreſſa. A culmis trifido-ramoſis, decumbentibus, ariſtis ſcabriuſculis. *Retz. Obſ. faſc.* 4.
In Malabaria.
Culmi ſeſquiped. filiform. Fol. anguſtiſſima, vix convoluta. Panicula ſubſecunda. Cal. 1-fl. valvulis albis, dorſo viridi. Cor. baſi tantum lanata.
Similis priori: differt culmo; glumarum calycinarum longitudine relativa, & forma. Fl. ut etiam ariſtæ min. breviores, minus divaricatæ.

113. LOLIUM. *Fl. ſpicati, diſtichi*, locuſtis multifl. ad flexuoſum ſcapum ſeſſilibus. Fovea nimirum in ſcapo eſt loco valvæ calycinæ, atque ex altera parte gluma una, longa, calycina, ſive foliolum, in cuius ala ſedet ſpicula. Follicul. quilibet 2-glumis, ex valvis inæqualibus. Sem. nudum.

1. *perenne*. L. ſpica mutica; ſpicul. compreſſis, multifl. (contiguis). *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 12. f. 1. Schreb. gr. *tab.* 37.
b. Var. ariſtata. Vaill. tab. 17. f. 3.
y. Gramen &c. *Scheuchz. gram. tab.* 2.
Var. ſpica ramoſa.
Var. fol. radicalibus, anguſtis; & ſpica tota diſticha, lata. Scheuchz. gram. tab. 1. f. 7. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 2. f. 2.
Var. ſpicis anguſtioribus. Mont. ic. 19.

Var. ſpicis teretibus, & longioribus quam in vulgari.

In Europa ad agrorum verſuras ſolo fertili ♃.

Culm. ceſpitoſi, pedal. facile decumbent. Fol. retroverſu aſpera. Spica longiſſ. ſæpe pedal. rara, & interrupta, viriid. alba, & ſubpurpur.

2. *tenue*. L. ſpica mutica, lævi; ſpicul. 3-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Gallia, Germania, & Pedemontio ☉.

An var. prioris? Diverſum a Tritico tenello.

3. *temulentum*. L. annuum, loculis diſtichis. *Hall. helv.* n.° 1420.

L. ſpica ariſtata &c. *Syſt. veg.* 14. *Schreb. gram. tab.* 36. *Fl. Dan. tab.* 160. *Leerſ. herb. tab.* 12. f. 2.

In Europæ agris inter Hordeum, Linum &c. ☉.

Culm. cubital. Fol. graminea, glabra. Fl. ſpicati. Spica pedal. locuſtis raris, 18. Sem. ovale, utrimq. compreſſum minus quam in genuinis Cerealibus. *Var. ſpicis muticis, ſed differt a L. perenni ſpicul. teretio-ibus.*

4. *diſtachion*. L. ſpica binata; calycibus 1-fl. cor. lanatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

In Malabaria.

Culm. decumbent. baſi ramoſi; floriferi adſurgent. pedal. filiform. læves. Fol. graminea. Spicæ terminal. æqual. ſeſſil. lineares, extrorſum ſecundæ, fl. alternis, albo-hirſutis.

114. ROTTBOELLA. Rachis articulata, teretiuſcula, in pluribus filiformis. Cal. ovat-lanceol. planus, ſimpl. ſeu 2-part. Floſcul. alterni in rachi flexuoſa.

1. *incurvata*. R. ſpica tereti, ſubulata; gluma calyc. ſubulata, adpreſſa, 2-part. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

Ægylops incurvata. *Syſt. veg. ed.* 13. *Bocc. muſ. tab.* 59.

In Europæ maritimis ☉.

Culm. ramoſus. Articuli ſub 14. ſingulo articulo adſidet ſpicula filiform. Cal. 2-valv. exterus. Cor. valvul. calyci contrariæ.

2. *compreſſa*. R. ſpica compreſſa, ſubulata; gluma calycina lanceol. plana, indiviſa. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*

In India.

3. *dimidiata*. R. ſpica dimidiata, compreſſa, lineari; latere exteriori aggregato floſculoſo; interiori lævi, nudo. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Panicum dimidiatum. *Syſt. veg ed.* 13. *Burm. Ind. tab.* 8. f. 3. *Pluk. phytol.* f. 6.
In India.
Rachis membranacea, dilatata, alternatim ad ſpiculas dente exciſa, ac ſi folium eſſet adglutinatum. Spicul. floſcul. 5.

4. *exaltata*. R. ſpica tereti-filiform. undiq. floſculoſa, glumis ovat., obtuſis, vaginis punctato-hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Indiis.
Gramen altum, culmo ſolido, farcto. Spicæ ſolitar. laterales, palmar. & ultra.

5. *corymboſa*. R. ſpicis adgregatis, lateralibus, filiformibus: floſcul. bifariis patentibus, fol. baſi ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Ægilops exaltata. *Syſt. veg. ed.* 13.
In Malabaria ad foſſas agrorum.
Culm. orgyal. erecti, ſimpl. ſtriati, glabri, tenaces, geniculati, inanes, fol. 2-3. obſiti. Fol. ſubped. anguſta, lævia. Spicæ ſubulatæ R. *incurvatæ* ſimiles, longitudine fere digiti, rectæ, anguſtæ.

---

lævis. R. pedunc. longiſſ: ſpica floſcul. binatis, lateralibus: calycibus ovatis, inpunctatis, lævibus. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
In Tranquebaria.
Culmi adſcendent. vaginantes, folioſi. Pedunc. e vagina 3-4. pluſquam pedal. monoſtachi. Fol. brevia, carinata, oris barbatis. Spica ſtrictiſſ.

ſanguinea. R. paniculæ ſpicis ariſtatis, ſimplicibus, alternis, pedunculat. fl. bractea laterali ciliata. *Retz. Obſ. faſc.* 3.
In China.
Facies omnino Andropogonis. Culm. ſemiteres, articulat. folioſus. Superiores articulos vaginæ veſtiunt ſuperne dilatatæ, & fere cucullatæ. E qualibet harum ſpica exit filiformis, pedunculo intra vaginam latente. Fl. ſeſſil. alterni in rachi exſcavata. Cal. 2-valv. oblique lateralis, gluma exteriore ſemitereti, ſubulata,

cartilaginea; interiore æquali, tenuiſſima, alba, ſtriis ſanguineis. Cor. gluma exterior ſanguinea; interior ad baſin uſque fiſſa. Ad huius baſin ariſta torta.

215. ELYMUS. Fl. dentibus flexuoſi ſcapi inſidentes. Locuſtæ geminæ, multifl.: quælibet ſpicula duabus non glumis, ſed rigidis ſetis excipitur. Follicul. quilibet 2-valv. valvula exter. ariſtata; inter. plana.

1. *arenarius*. E. ſpica erecta, arcta; calycibus tomentoſis, floſculo longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Triticum &c. *Gmel. Sib.* 1. *tab.* 25.
Ad Europæ litora ♃.
Culm. ſub 2-cubital. Fol. Arundinacea, modice lata, glauca. Spica longa, tomentoſa. Spicul. 2. rectæ, 2-fl. muticæ.

2. *ſibiricus*. E. ſpica pendula, arcta; ſpicul. binatis, cal. longioribus. *Siſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab.* 21. f. 1.
Triticum &c. *Gmel. Sib.* 1. *tab.* 28.
In Sibiria ♃.
Planta glabra, aut hirſuta. Culm. 2 ped. admodum fragiles. Fol. glauca. Spica palmar-ſemiped. viridis, amethyſtina, ſpadicea, aut his coloribus variegata. Sem. oblong. fuſca.

3. *philadelphicus*. E. ſpica pendula, patula; ſpicul. 6-fl. inferioribus ternatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Philadelphia ♃.
Simil. ſequenti, ſed ſpica nutans ultra baſin. Spicul. & præcipue intermedium latus planum, ut Triticum, culmo obvertit. Ariſtæ flexuoſæ.

4. *canadenſis*. E. ſpica nutante, patula; ſpicul. inferioribus ternatis; ſuperior. binatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 10. f. 2.
In Canada ♃.
Convenit in pl. cum E. *ſibirico*. Differt ſpicul. villoſis, nec nudis; involuc. ariſta magis ſubulata; ſpicis inferne 3 &c.

5. *caninus*. E. ſpica nutante, arcta: ſpicul. rectis, involuc. deſtitutis; infimis geminis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Leerſ. herb. tab.* 12. f. 4.
Triticum &c. *Gmel. Sib.* 1. *tab.* 27.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 1. f. 2. *Buxb. cent.* 4. *tab.* 50.
In Europæ dumetis, & ſylvis ♃.

Simil. Tritico repenti, ſed radix fibroſa, nec repens vaginoſa, ut in illo. Planta viridis, non glauca. Culm. 2-ped. & ultra. Fol. breviter piloſa, retroverſu aſpera. Spica brevis, 3-unc. rara. Ariſtæ ſpica ſua multo longiores.
Ad Tritici genus ſpectat.

6. *tener.* E. ſpica pendula; floſculis geminis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Sibiria.
Culm. 2-pedal: lævis, geniculis rubris. Fol. ſubſcabra, vaginis lævisſ. Spica E. *Sibir.* ſimil. ſed multo tenuior. Involuc. alterna, 4-phyll. floſculis (præter ariſtam) breviora, ſubulata, 3-fl. Floſcul. ſeſſil. intermedio pedicellato. Ariſtæ terminal. floſculi fere longiores, ſæpe flexuoſæ.

7. *virginicus.* E. ſpica erecta; ſpicul. 3-fl: involuc. ſtriato. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginia ♃.
Spica 9. pollic. longa. Involuc. 4-phyll. Ariſtæ ſpicula longiores.

8. *europæus.* E. ſpica erecta; ſpicul. 2-fl. involucro æqualibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Scheuchz. prodr. tab.* 1. f. 1. *Hall. app. ad Scheuchz. agroſt. tab.* 1.
In Germaniæ, Helvetiæ &c. Sylvis ♃.
Ad Hordei genus ſpectat.

9. *caput meduſæ.* E. ſpicul. 2-fl: involuc. ſetac. patentiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gr. tab.* 23. f. 2.
In Luſitan. & Hiſpan. maritimis.
Culm. ped. ſpica oblong. *Videtur novum genus poſſe conſtitui.*

10. *Hyſtrix.* E. ſpica erecta; ſpicul. involucro deſtitutis, patentibus. *Syſt. veg. ed* 14.
Altitudo humana. Spica longiſſima, conſtans ex ſpiculis 2. Spicul. 4-fl. ariſtis longis.

ſubulatus. E. ſpicul. unifior. diſtichis, alternis, adpreſſis, ſpicam ſubulatam formantibus. *Forsk. Æg.*
In Ægypto.
Cal. corolla maior, unilateralis.

116. SECALE. Cal. oppoſitus, 2-valv. 2-fl. ſolitarius.

1. *cereale.* S. glumarum ciliis ſcabris. *Syſt. veg. ed.* 14.
S. hybernum. *Black. tab.* 424.
In Creta ☉.

Cerealium nostrarum altissimum. Fol. retroversu aspera. Spica Tritico longior, & compressior; conferta, subdivisa. Glumæ inferior. arista longissima. *Var. spicis ramosis*.

2. *villosum*. S. glumarum ciliis villosis; squamis calycinis cuneiformibus. *Syst. veg. ed.* 14.
b. Gramen &c. *Buxb. cent.* 5. *tab.* 41.
In Europa australi, & in Oriente.
Glumæ villosæ in aristas longiss. desinentes.

3. *orientale*. S. glumis hirsutis; squamis calycinis subulatis. *Syst. veg. ed.* 14.
Ad Arcipelagum.
Spica brevis, & lata.

4. *creticum*. S. glumis extrorsum ciliatis. *Syst. veg. ed.* 14.
In Creta.
Culm. 2-cubital. Fol. linearia, vaginis hirsutis. Spica 3-unc. usque palmar. 3-4. lineas lata. Locustæ 5-6. lineares.

117. HORDEUM. Scapus alterne flexuosus, & scrobibus excisus. Locusta 3 fl. sive ex tribus distinctis fl. composita. Cal. comm 6. angustis foliol. constat, duobus nempe glumarum instar singulo folliculo subiectis, & aristatis. Folliculi. 2-valv. valvula exteriore ventricosa, in aristam longam desinente; interiore plana. Sem. folliculo arcte involutum.

1. *vulgare*. H. floscul. omnibus hermaphrodit. aristatis: ordinibus duobus erectioribus. *Syst. veg. ed.* 14. *Black. tab.* 423.
H. polystichon. *Hall. in nov Comm. Gottin.* VI. *tab.* 2. *Moris. Hist.* 3. *s.* 8. *tab.* 6. f. 3.
b. H. *cœleste*. Sem. decorticatum.
In Sicilia, & Russia ☉.
Fol. Ttitico angustiora. Spica quasi disticha, etsi plurium ordinum, ad basin turgida, aristis longis asperis.

2. *hexastichon*. H. floscul. omnibus hermaphroditis, aristatis: seminibus 6-fariam æqualiter positis. *Syst. veg. ed.* 14.
Spica crassior, & torosior.

3. *distichon*. H. floscul. lateralibus masculis, muticis: semin. imbricatis, angularibus. *Syst. veg. ed.* 14. *Moris. Hist.* 3. *s.* 8. *tab.* 6. f. 1. *Lob. ic.* 29.
b. H. nudum. *Sem. decorticata*.
Ad Samaram Tartariæ fluvium ☉.

Culm. plerumq. ſeſquicubit. Spica diſtiche imbricata, compreſſiuſc. ariſtis longis, & aſperis.

4. *Zeocriton*. H. floſcul. lateralibus maſculis muticis: ſemin. angularibus patentibus, corticatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Schreb. gram. tab* 17.

H. *dictum Oryza germanica*. *Bauh. Hiſt.* 2. p. 429. *cum ic. bona*.

Culm. priore brevior. Spica brevior, & latior, granis magis confertis; ariſtis nonnihil brevioribus.

5. *bulboſum*. H. floſcul. omnibus ternis, fertilibus ariſtatis; involucris ſetaceis, ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Barr. ic.* 112. f. 2. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 6. f. 7.

In Italia, Oriente ♃.

Radix bulboſa, globoſa. Culm. 3-pedal. vagina ſummi fol. ventricoſa. Spica H. *murini*.

6. *nodoſum*. H. floſcul. lateralibus maſcul. muticis; involuc. ſetaceis, lævibus. *Syſt. veg. ed.* 14.

Gramen &c. *Raii Sinop. Stirp. Brit. tab.* 20. f. 2.

In India, Anglia.

Radix bulboſa, copioſa. Fol. anguſta, glabra. Spica uncial. gracilis.

7. *murinum*. H. floſcul. lateralibus, maſcul. ariſtatis; involuc. intermediis ciliatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 629.

Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 6. f. 4.

In Europæ locis ſiccis ad vias, & limites agrorum ☉.

Culm. ped-cubital. Spica ovata, craſſa, polyſticha, ariſtis longis.

8. *iubatum*. H. ariſtis, involucriſq. ſetaceis, longiſſ. *Syſt. veg. ed.* 14.

Elymus *crinitus*. *Schreb. gram. tab.* 24. f. 1.

Gramen &c. *Buxb. cent.* 1. *tab.* 52. f. 1.

Smyrnæ.

Habitus H. murini, ſed involucra, & ariſtæ ſetaceæ quadruplo longiores quam tota ſpica; unde ſingularis facies Graminis.

ſecalinum. H. floſcul. lateralibus, maſculis, ariſtatis; involuc. ſetaceis, ſcabris. *Schreb. ſpicil. Fl. Lipſiens. All. Fl. Ped.*

H. *murinum*. *Lin. b.*

In locis ſiccis ☉.

Altius, duplo anguſtius, & magis fuſcum H. *murino*. Fol. mollia, piloſa. Spica min. & tenerior quam in H. *murino*. Involuc. min. nullibi ciliata. *Var. ſpica amœne purpur.*

geniculatum. H. culmo decumbente, fol. obtecto; ſummo ſpathaceo ſpicæ ſubiecto, ſupremo nodo incurvato. *All. Fl. Ped. tab.* 91. f. 3.

Gramen &c. *Pluk. phyt. tab.* 33. f. 2.

Ad litora maris ☉.

Non eſt H. iubatum. Culm. pl. palmar. nodoſi. Fol. molliter pubeſcentia: radical. linearia; caulina culmum involvunt uſque ad nodum, inde lateſcunt gradatim; ut ovato-lanceol. ſint. Spica ſubunc. ſubovata, obſcure diſticha. Pedunc. 3-fl. oppoſite naſcuntur. Sem. oblong. fuſcum, intus ſulcatum. *Planta culta tota maior evadit.*

118. TRITICUM. Cal. 2-valv. ſolitar. ſub 3-fl. Flos obtuſiuſc. acutus. Scapus alterne flexuoſus, & ſcrobibus exciſus. *Solus ſitus ſpicularum diſtinguit Triticum a Bromis.*

* *Annua.*

1. *ariſtatum*. T. calyc. 4-fl. ventricoſis, glabris, imbricatis, ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. com. Gottin.* V. *tab.* 1. f. 1. *Black. tab.* 40. f. 4. 5.

Apud Baſchiros in campis ☉.

Fl. ſteriles ſæpe ſubhirſuti corpuſculo terminantur, quale Melicæ eſt pro charactere.

Culm. 3-ped. ceſpitoſus. Fol. glabra, 3. lineas lata. Spica denſa, ponderoſa, aliquot unc. locuſtis imbricatis.

2. *muticum*. T. calycibus 4-fl. ventricoſis, lævibus, imbricatis, ſubmuticis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. comm. Gottin.* V. *tab.* 1. f. 2. *Blak. tab.* 40. f. 1. 2. 3. ♂.

Culm. ceſpitoſi, 3-pedal. geniculati. Fol. glabra. Spica denſa, ponderoſa, imberb. locuſtis imbricatis. Sem. congenerum maximum, villo tectum.

3. *compoſitum*. T. ſpicula compoſita; ſpicul. confertis, ariſtatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl. Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 1. f. 7.

In Ægypto, Seritur Neapoli.

Simil. T. *ariſtato*, ſed ſpica palm. quadruplo ma-

ex ſpicul. bifariis, alternis, adproximatis, 9-12. ſumma ſolitaria.

4. *turgidum*. T. calyc. 4 fl. ventricoſ. villoſis, imbricatis, obtuſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. comm. Gottin.* V. *tab.* 1. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 1. f. 14.
♂.
Var. calycibus ariſtatis, & muticis. Maius, & elatius T. *mutico*. Spicæ ma. cinereæ, ariſtis longis. Glumæ cinereæ, hirſutæ.

5. *polonicum*. T. calyc. biſloris, nudis, floſcul. longiſſ. ariſtatis; racheos dentibus barbatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. comm. Gotting.* V. *tab.* 1. 16. *Pluk. phyt.* 231. f. 6. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 1. f 8.
Simil. prioribus ſed ſpica maior, cinerea: glumæ duplo longiores, biſloræ &c.

6. *ſpelta*. T. calyc. 4-fl. truncatis: floſcul. ariſtat. hermaphroditis; intermedio neutro. *Syſt. veg. ed.* 14.
Zea &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 6. f. 1. 3.
♂.
Flores magis conici; & ſemen villo tectum, magis quam T. vulg.

7. *monococcum*. T. calyc. sub 3-fl. primo ariſtato, intermedio ſterili. *Syſt. veg. ed.* 14. *Nov. comm. Gottin.* V. *tab.* 1. f. 17.
Zea &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. *ſ.* 8. *tab.* 6. f. 2.
Briza. *Lob. ic.* 31.
⊙.
Culm. & ſpicæ breviores, & anguſtiores, ac depreſſæ quam in priore. Spica diſticha, longa. Ariſtæ ſubaſperæ. Sem. min. *Secale corniculatum Halleri ob morbum, cui ſubiacet.*

8. *proſtratum*. T. calyc. multifl. ſpica ovata, diſticha; floſcul. imbricatis, ariſtato-mucronatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
Secale proſtratum *Pallaſ. It.* Vol. I. *Jacq. Hort.* 3. *tab.* 44.
In Dauuria.
Culm. pl. ſubped. procumbent. ſimpl. geniculati. Fol. ſublinear. acuta, integerrima, læviter pubeſcentia: caulina longe vaginantia: ſumma latiora. Spica ovat-ſubrot. denſe diſticha, compreſſo-plana: ſpicul. lanceol. imbricatæ. Matura ſpica integra cadit, & germinat tot caulibus quot ſpiculæ. Ipſa ſpica radicis vices gerit.

9. *pumilum*. T. ſpica ovata, glumis ſubariſtat. calycinis biſulcatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. Suppl.*
In Sibiria.
Gramen digiti longitudine; vagina ſuprema ventricoſa. Spica dura, compreſſa.

** *Perennia*.

10. *iunceum*. T. calycibus 5-fl. truncatis: fol. involutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Bauh. Prod. tab.* 17. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 1. f. 5.
In Europa auſtrali, Oriente, ad vias, & loca ſicca ♃.
Gramen glaberrimum. Radix geniculata, longa. Culm. cum tota planta glaucus, 3-ped. & ultra. Vaginæ fol. tomentoſæ. Fol. anguſtiſſ. ſupra glauca. Spicul. culmo adpreſſæ; calycibus, corolliſq. ariſtatis, aut muticis.

11. *repens*. T. calyc. 4-fl. tubulatis, acuminat. fol. planis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan.* 748. *Leerſ. herb. tab.* 12. f. 3. *Schreb. gram. tab.* 26.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 1. f. 8. *Monti, ic.* 25.
b. Gramen &c. *Vaill. paris. tab.* 17. f. 2.
In Europæ cultis ♃.
Radix longe repens, flaveſcens. Culm. ſpitham. ſeſquiped. erecti. Fol. vaginant. anguſta, acumin. obſcure virid. ſubtus nervo albicante; ligula minima, alba. Spica lanceol-obtuſa, contracta, compreſſa, diſticha, 4-pollic.

12. *maritimum*. T. ſpica ramoſa; calyc. 6-fl. floſcul. ſecundis, apice ariſtatis.
T. calycibus &c. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Pluk. phyt.* 32, f. 7. *Boce. muſ.* 2. *tab.* 95. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 2. f. 6.
In Galliæ, Angliæ maritimis.
Culm. ſpitham. Fol. longitudine culmi, vaginis purpuraſc. Spica fere paniculata, ramis angulatis.

13. *tenellum*. T. calyc. ſub 4-fl. floſcul. acutis, muticis: fol. ſetaceis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Moriſ. Hiſt.* 3. ſ. 8. *tab.* 2. f. 3.
In Helvetia, Pedemontio, ad paſcua declivia ☉.
Culm. ſpitham. filiform. tener. Fol. involuta. Fl. omnino ſpicati. Spica tenuiſſima,

14. *unilaterale.* T. calyc. unilateralibus, alternis, muticis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Gramen &c. *Pluk. phyt.* 32. f. 7. *Bocc. muſ.* 2. *tab.* 57.
In maritimis Italiæ, Galliæ ☉.
Culm. ſeſqui-2 ped. Fol. anguſta. Fl. facie Poæ, in ſpica unilaterali, 2-unc.

---

bicorne. T. calyc. ſtriatis, bicornibus, 3-fl. floſcul. lateralibus, fertilibus, ariſtatis; medio ſterili.
Forsk. Æg.
In Arabia.
Triticum lævius. glaucum, locuſtis 4-fl. duobus fl. ariſtatis, 2. mucronatis. *Hall. Hiſt.* n.° 1423. *Colitur in Thuringia, & Helvetia.*
Spica irregular. non diſticha, longiſſ. Granum maximum, dimidio vulg. Tritici ſemine longius.

TRIGYNIA.

119. ERIOCAULON. Cal. communis, capitulum imbricatum. Petal. 3. æqualia. Stam. ſupra germen.

1. *triangulare.* E. culm. triangul. fol. enſiformibus: capitulo ovato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Plantaginella &c. Breyn. cent. tab. 50. *Moriſ. Hiſt.* 3. f. 8. *tab.* 16. f. 17.
In Braſilia.
Cauliculi pl. 3-unc. Fol. in orbem poſita, parva, anguſta, glabra. Capitul. lanuginoſum, col. leucoph. Floſc. flavi.

2. *quinqueangulare.* E. culm. 5-angul. fol. enſiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14.
Scabioſa &c. *Pluk. alm. tab.* 221. f. 7.
In India ♃.
Non confundatur cum E. decemangul. Caul. nudus. Capitul. argentea. Cal. comm. 5-pyll.

3. *ſexangulare.* E. culm. ſexangul: fol. enſiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Burm. Ind. tab.* 9. f. 4.
In India ♃.
Caul. pedal. Fol. latiora. Capitul. rotundum, tomen-

tomentoſum. Foliola capitulum, loco calyc. univerſalis, cingentia, orbiculata ſunt, nec anguſta, ut in priore.

4. *ſetaceum*. E. culm. ſexangul. fol. ſetaceis. *Syſt. veg. ed.* 14. Randalia &c. *Petiv. gaz. tab.* 33. f. 10. *H. Mal.* 12. *tab.* 63.
In India.
Radices in aquis diſperſæ ſunt. Vagina membranac. inſtar ſpathæ, ad baſin culmum includit.

5. *decangulare*. E. culm. decangul. fol. enſiformibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. amalt. tab.* 409. f. 5.
Randalia &c. *Petiv. gaz. tab.* 6. f. 2.
In Amer. ſeptent. paludibus.
Fol. 2. humifuſa, ſubulata, canalicul. articulata. Capitul. parva, globoſa, albicantia. Petala puncto nigra intra apicem.

120. MONTIA. Cal. 2-3. phyll. Cor. 1-petal. irregular. parva, 5-part. laciniis 3. alternis minoribus. Caps. 1-locul. 3-valv.

1. *fontana*. M. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 131. *Mich. gen. tab.* 13. f. 2.
Alſineformis &c. *Pluk. alm. tab.* 7. f. 5.
Alſine &c. *Pet. herb. tab.* 10. f. 12.
b. Montia &c. *Mich. gen. tab.* 13. f. 1.
Alſinoides &c. *Vaill. pariſ. tab.* 3. f. 4.
Ad Europæ ſcaturigines ☉.
Caul. procumb. ramoſus, articulatus, in pratis riguis ſemiped. in glareoſis ſubunc. Fol. petiolat. ovata, vel oblonga, aut obverſe-ovata. Fl. racemoſi, penduli, exigui, albi, raro ſeſe aperientes.

121. PROSERPINACA. Cal. 3-part, ſuperus. Cor. 0. Sem. 1. tri-locul.

1. *paluſtris*. P. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Virginiæ paludibus.

122. TRIPLARIS. Cal. maximus, 3-part. Cor. 0. Antheræ lineares. Nux triquetra, intra calyc. baſin ovatam--Cal. in fructu non patet, ſed ſemen arcte ambit, & includit, dein in tria foliol. longiſſ. & erectiuſc. abit: potius ergo *calyx foliaceus, longiſſ.* dicendus.

1. *americana*. T. ſpicis erectis, terminalibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Am. tab.* 173. f. 5. *Aubl. Guian. tab.* 347.
In Amer. meridionali ♄.

Arb. altudin. hñæ. Coma e paucis ramis horizontalibus in pyramidem efformata. Fol. ſpitham. ovata, acumin. integra, petiolat. Spicæ piloſæ, bracteis ovatis, acuminat. parvis, piloſis. Cal. fuſcus. Nux nitidiſſima.

Ad Dianam dodecandram ſpectat. Aubl. Ad Triandriam trigyniam. Jacq.

2. *ramiflora*, T. racemis lateralibus, adgregatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Jacq. Amer. ed.* 2. *pict. tab.* 259. f. 3. *quoad fructum.*

In Amer. meridion. ♄.

Arbor ramoſa, diffuſa. Fol. ovata, vel ſubrotundo-ovata. Racemi denſi, ſubpollic. multifl. villoſi. Nux fuſca.

123. HOLOSTEUM. Cal. 5-phyll. Pet. 5. æqualia, emarcida. Capſ. ſubcylindrac. 1-locul. apice dehiſcens, polyſperm.

1. *cordatum*. H. fol. ſubcordatis. *Syſt. veg. ed* 14.
Alſine &c. *Herm. parad. tab.* 11.
In Jamaica, Surinama.
Caul. decumbent. repent. inferne rigiduli. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. orbiculato-cordata, lævia. Stipul. utrimq. 4. membranac. Pedunc. lateral. elongati, adſcendent. 7-fl. primo intermedio, reliquis utrimq. 3. e pedunc. ulterius ramoſo. Cal. oblong. acutus, concavus. Petal. erecta, lanceol. calyc. min. alba.

2. *ſuccolentum*. H. fol. elliptic. carnoſis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Noveboraco.
Caul. repens. Fol. integra, glabra, ſuculenta. Pet. ſubrrifida, calyce min. alba.

3. *hirſutum*. H. fol. orbiculatis, hirſutis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Malabaria.

4. *umbellatum*. H. fl. umbellatis. *Syſt. veg. ed.* 14.
Lychnis &c. *Morif.* 3 *ſ.* 5. *tab.* 22. f. 46.
In Europæ auſtralis arvis ⊙.
Caul. ſuberect. uſque ſpithamæus, ad radicem ramoſus. Fol. radical. multa; caulina baſi connata, omnia glauca; ima ovata, dein amplexicaul. ovato-lanceol. ſuper. elliptica. Bract. ſubumbellatæ. Fl. 4-8. Petal. fere conniventia, extus ſubrubra, intus alba.

124. KŒNIGIA. Cal. 3-phyll. Cor. 0. Sem. 1. ovatum, nudum.

1. *islandica*. K. *Syſt. veg. ed.* 14. *Fl. Dan. tab.* 418.
In Islandia.

Facies Polycarpi. Caul. digital. ſucculentus, ramis pauciſſ. oppoſitifoliis, patentiſſ. Fol. alterna, ſubpetiol. obovata, obtuſa, integerr. ſubſucculenta, longitudine internodiorum caulis. Stipul. ſolitar. vaginal. (more Perſicariæ) intrafoliac. campanul. perſiſtentes. Fol. terminalia, quaterna. Fl. terminal. plurimi, ſubfaſciculati, ſubpedunc. bracteis membranaceis diſtincti. *Variat ſtaminibus* 2–3.

125. POLYCARPON. Cal. 3-5-phyll. Petala 5. minima, perſiſtentia, ovata (emarginata). Capſ. 1-locul. 3-valv.

1. *tetraphyllum*. P. caul. proſtrato, ramoſo: fol. quaternis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Pluk. phyt. tab.* 259. f. 1.
Anthyllis &c. *Barr. rar. tab.* 534.
In Italia, Gallia &c. ☉.
Caul. ſemipalm. glaber. Fol. elliptica, obtuſa, integerr. bina in caule, ad originem ramorum quaterna. Floſcul. albi.

2. *magellanicum*. P. caulibus ſimpliciſſ. fol. ſparſis, imbricat. linearibus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Lin. ſuppl.*
Donatia faſcicularis. *Forſt. Gen. tab.* 5.
In terra del Fuego.
Planta digital. ſimpl. tecta fol. glaberrimis.

126. MOLLUGO. Cal. 5-phyll. Cor. 0. Capſ. 3 locul. 3-valv.

1. *oppoſitifolia*. M. fol. oppoſitis, lanceol. ramis alternis; pedunc. lateralibus, confertis, 1-fl. *Syſt. veg. ed.* 14.
Alſine &c. *Pluk. alm. tab.* 75. f. 6.
In Zeylona.
Fol. petiol. glabra. Rami longi, diffuſi, glabri.

2. *ſtricta*. M. fol. ſubquaternis, lanceol. fl. paniculat. nutantibus: caul. angulato. *Syſt. veg. ed.* 14.
Alſine &c. *Pluk. phyt. tab.* 256. f. 2. *Burm. Zeyl. tab.* 5. f. 3.
In Africa ☉.
Radix fibroſa. Caul. 3-4-palmar. dichotomi, læves, erecti, vel interdum diffuſi, ramis erectis, divaricatis. Fol. verticillata, inæqual. 2. plerumq. ma. ſeſſil. unguicul. ſtricta, acuminata. Panic. axill. fol. longiores, primo, ſecundoq. dichotomæ, dein racemoſæ. Pedunc. & pedicel. capillar. Fl. nutantes, albi, ſimiles M. *verticillatæ*.

3. *pentaphylla*. M. fol. quinis, obovat. æqualibus fl. paniculat. *Syſt. veg. ed.* 14.

Alsine &c. *Burm. Zeyl. tab.* 8. f. 12.
In Zeylona.
Caul. pl. subdiffusi. Fol. angusta, obtusa; nonnulla radical. ad ramos quinata, min. Pedunc. axillar. longiss. Cor. alba.

4. *verticillata.* M. fol. verticillatis, cuneiformibus, acutis: caule decumben. subdiviso: pedunc. 1-fl. *Syst. veg. ed.* 14.
Alsine &c. *Ehret. pict. tab.* 6. f. 3. *Pluk. mant. tab.* 332. f. 5.
In Virginia ⊙.

---

triphylla. M. fol. ternis, obovatis, inæqualibus, intermedio maximo; peduncul. verticill. 1-fl. *Burm. Ind. Pluk. amalt. tab.* 257. f. 1.
In India.
Caul. spitham. scaber. Fol. subpetiol. Fl. sub 20. ad divisuram caulis.

paniculata. M. fol. quinis, obovatis: peduncul. terminalibus. *Burm. Zeyl. tab.* 6. f. 2.

127. MINUARTIA. Cal. 5-phyll. Cor. 0. Caps. 1-loc. 3-valv. Sem. nonnulla.

1. *dichotoma.* M. fl. confertis, dichotomis. *Syst. veg. ed.* 14. *Act. Stok.* 1758. *tab.* 1. f. 4. *Lœfl. it. tab.* 1. f. 5.
In Hispania ⊙.
Plantula rigida, dura, tenax, sæpius simpl. Caul. sæpe ungue non maior. Fol. opposita, setacea. Fl. cymosi, in capitulum quadratum, arcte dichotomum, sessil. Bract. setaceæ, fl. longiores. Sem. 5-8. *Color plantæ subfuscus.*

2. *campestris.* M. fl. terminalibus, alternis, bractea longioribus. *Syst. veg. ed.* 14. *Act. Stok.* l. c. f. 3.
In Hispaniæ collibus, planis ⊙.
Caul. vix uncial. simpl. teres, fol. tectus. Fol. multa, opposita, cauli adpressa, angusta, plano-subulata, 7-striata. Fl. capitulum compactum, inæquale, sed non totum dichotomum.

3. *montana.* M. fl. lateralibus, alternis, bractea brevioribus. *Syst. veg. ed.* 14. *Loefl. it. tab.* 1. f. 4.
In Hispaniæ collibus aliis ⊙.
Caul. pl. diffusi, digital. subpubescent. subcanesc. Rami laterales, breviss. alterni, simpl.

Fol. oppoſita, ſubulata, pubeſcent. baſi connata, longitudine ramorum. Fl. glomeres laterales, ſeſſil. inter fol. longiora.

128. QUERIA. Cal. 5-phyll. Cor. o. Caps. 1-locul. 3-valv. Sem. 1. Similis Minuartiæ, ſed differt ſem. numero.

1. *hiſpanica*. Q. fl. confertis. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Hiſpania ☉.
Planta unguem vix excedens. Capitulum fl. obſoletius tetragonum, facillime a caule diſcedens. Bract. erect., ſetaceæ, hirſutæ. *Color plantæ albidus. Habitus Minuartiæ montanæ.*

2. *canadenſis*. Q. fl. ſolitar: caule dichotomo. *Syſt. veg. ed.* 14.
In Canada, Virginia ♃.
Rad. fibroſa. Caul. ſpitham. erectus, filifor. Fol. oppoſita, lanceol-ovata, integerr. adſperſa utrimq. punctis fuſcis. Stipul. 2. membranac. Fl. parvi, virid: ex ſingula dichotomia.

129. LECHEA. Cal. 3-phyll. Petal. 3. linearia. Caps. 3-locul. 3-valv. valvul. totidem interioribus. Sem. 1.

1. *minor*. L. fol. lineari-lanceol. fl. paniculatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Amœn. Acad.* 3. *tab.* 1. f. 4.
In Canadæ Sylvis glareoſis ♃.
Caul. erectus, vix ſemiped. teres, ſimpl. ſuperne paniculat. Fol. ſparſa, breviter petiol. erecta, acuta, integerr. ſupra glabra, nitida, ſubtus ſubpubeſcent. margine reflexo. Panic. pedunculata. Ad radicem rami oppoſiti, vel terni. Fol. ſæpe quaterna, ovata.

2. *maior*. L. fol. ovat-lanceolat. fl. lateralibus, vagis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Amœn. Acad.* 3. *tab.* 1. f. 4.
In Canadæ aridis.
Caul. teretes, purpuraſc. Rami ſimpl. alterni, remoti. Fol. alterna, ſubpetiol. ſupra ſcabra, ſubtus tomentoſa, margine reflexo. *Stam.* 4. *horum* 2. *ſuper. adproximata*.

NOVA GENERA

MONOGYNIA

VOUAPA.

Cal. Perian. 1-phyll. ſubrotun. concavum, 4-dent: bract. 2. oppoſitæ, oblong. latæ, ad baſin calyc.

Cor. Petal. 1. erectum, expanſum, unguicul. margine ſuper. undulato, calyc. fundo inſertum.

Stam. Filam. 3. calyc. inſerta, petalo oppoſita. Anth. exiguæ, 2-locul.

Piſtil. Germ. ſubrotun. pedicell. Styl. longus. Stigma obtuſum.

Peric. Legum. coriaceum, oblong. obtuſum, latum, 1-locul. 2-valv.

Sem. 1. amplum, ſubrotud. compreſſum.

bifolia. V. *Aubl. Guian. tab.* 7.

In Caïenna, & Guiana ♄.

Arb. 60-ped. ſuperne ramoſiſſ. ramis, & ramulis ſparſis. Fol. alterna, pinnata. Foliol. 2. eidem petiol. adnexa, ovat-obl. acuta, uno latere latiora, integer. glabra. Stipul. 2. minimæ, deciduæ, ad baſin petiol. comm. Fl. axill-terminal. corymboſi, violac. Legum. ſubluteum.

Simira. V. *Aubl. Guian. tab.* 8.

In Caribæis ♄.

Arb. 80-ped. craſſiſſim. ſuperne ramoſiſſ.; ramis, & ramul. ſparſis. Lignum violaceum. Fol. alterna; foliol. 2. petiolat. & eidem petiol. adnexa, integerr. Stipul. 2. oblong. deciduæ, ad baſin petiol. comm. Fl. axill-terminal. racemoſi. Legum. craſſum, ferrugineum.

OUTEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 5-dent. involucr. 2-phyll. cinctum.

Cor. Pet. 5. ſuper. erect. oblong. obtuſum, undulatum, magnum: 4. infer. parva, ſubrot. patula, calyc. fauci inſerta.

Stam. Filam. 4. unum ſterile, breve, ſub petal. infer. ipſius baſi ſuppoſitum: 3. longiſſ. tenuia, calyci ſub petal. min. inſerta. Anth. oblong. 4-gonæ, 2-locul. nutantes.

Piſt. Germ. oblong. ovat. petiolo longo, e fundo calyc. emergente, ſubſtentatum. Styl. longus. Stigm. ſubrotun. concavum.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

Guianenſis. O. *Aubl. Guian. tab.* 9.

In Guiana ♄.

Arb. 50-ped. ſuperne ramoſiſſ. ramis ſuper. erectis; infer. reflexis. Fol. alterna, pinnata: foliol. oppoſita, biiugata, ovata: ſtipulæ 2 parvæ, acutæ, deciduæ, ad baſin petioli. Fl. axillar. ſpicati, bracteati. Petal. violac.

TONTALEA.

Cal. Perian. 1-phyll. 5-dentat. laciniis acutis.

Pet. 5. ovata, diſco urceol. ad baſin inſerta.

Stam. Filam. 3. extus reflexa, diſci parieti interno inſerta. Anth. ſubrot. 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrot. diſco circumdatum. Styl. oblong. Stigma obtuſum.

Peric. Bacca ſphærica, 1-locul.

Sem. 4.

ſcandens. T. *Aubl. Guian. tab.* 16.

In Sylvis Sinemarienſibus.

Caul. ſarmentoſi, ſcandentes, longiſſ. ramoſi. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. ovat-obl. acuta, integerr. glabra. Fl. axill. & terminal. racemoſi, pedunc. oppoſitis, ad baſin ſquamatis. Cor. parva, viridis.

XIPHIDIUM.

Cal. nullus.

Cor. Pet. 6. tria exter. ovata, acuta; 3. inter. min. tenuiora.

Stam. Filam. 3. receptac. germin. inſerta. Anth. oblong. ſulcatæ, 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrot. triſulcatum. Styl. longus, triangul. Stigma craſſiuſc. trigonum.

Peric. Capſ. ovata, triſulcata, hirſuta, 3-locul.

Sem. numeroſa, ſubrot. nigra.

γ. cæruleum. X. fl. paniculat. fol. & fl. piloſis. *Aubl. Guian. tab.* 11.

In Guiana ♃.

Radix obliqua, geniculata, fibroſa. Caul. pedal. & ultra, ſimpl: cylindric. hirſutus. Fol. remota, alterna, amplexicaul. longa, acuta, plana, ſtriata, ſerrulata. Fl. terminal. paniculati. Pet. 3. exter. inferne viridia, ſuperne cœrul. 3. inter. cœrul.

CIPURA.

Cal. Perian. ſpatha membranac. oblong. acuta, concava, fl. involvens.

Cor. Pet. 6: tria exter. erecta, ovata; inter. minima, concava; omnia baſi in tubulum connata.

Stam. Filam. 3. breviſſ. tubo cor. inſerta. Anth. oblong. 2-locul.

Piſtil. Germ. inferum. Styl. craſſus, 3-gonus. Stigm. 3-lob. lobis ovat. acutis.

Peric. Caps. oblong. angulata, 3-locul.

Sem. plura, angulata.

paludoſa. C. *Aubl. Guian. tab.* 13.

In pratis humidis Guianæ ♃.

Rad. tuberoſa, orbiculata, tunicata. Fol. radical. ſæpe 4. pedal. & ultra, anguſta, acuminata, ſtriata. Scap. ſemiped. ſubnudus, rigidus, ſuperne 2. fol. longis, & aliis minoribus terminatus. Intra hæc folia fl. pl. peduncul. Cor. alba, vel cœrul.

MAYACA.

Cal. Perian. 3-phyll. fol. oblong. acutis, perſiſtentibus.

Cor. Pet. 3. ſubrot. concava, receptaculo piſtilli inſerta.

Stam. Filam. 3. Anth. oblong. 2-locul.

Piſtil. Germ. ſubrotun. Styl. oblong. Stigma 3-fid.

Peric. Caps. ſubgloboſa, ſtylo coronata, 1-loc. 3-valv.

Sem. 6. ovata, ſtriata, nigra: duo ſingulæ valvæ placentæ adfixa; ſuperne unum, inferne alterum.

fluviatilis. M. *Aubl. Guian. tab.* 15.
In Guiana.
Herba ramulis decumbentibus, muſco ſimilibus, Fol. capillacea, crebra, minuta, acuta. Fl. axill. ſolitar. pedunculi. albi.

REMIREA.

Cal. Glum. 2-valv. valvul. acutis, concavis, altera min.
Cor. 2-valv. calyce min. valvul. tenuioribus, oblong. acutis, concavis, inæqualibus,
Stam. Filam. 3. longiſſ. receptac. germinis inſerta, & ipſi oppoſita. Anth. oblong. acutæ, 2-locul.
Piſtil. Germ. oblong. 3-gonum. Styl. longus. Stigm. 3. filiform. acuta.
Peric. Cor. ſem. obveſtiens.
Sem. 1. 3-gonum, cor. incluſum.

maritima. R. *Aubl. Guian. tab.* 16.
In arenoſis Caïennæ, & Guianæ ♃.
Rad. longa, nodoſa, aromatica. Culm. ſemiped. apice ramoſi, inferne ſquamis caulem amplexantibus. Fol. ramorum oblong. anguſta, acuta, ſtriata, rigida, margine aſpero, baſi vaginante. Fl. panicula terminal. brevis, ſubſeſſil. denſa.

MAPANIA.

Involuc. 1-phyll. trifoliatum, foliol. ampliſſ. ovat. acut. glabris, integerr. ſtriatis, nervis longitudinalibus.
Cal. Perian. 6-phyll. fol. oblong. ovat. acutis, denſatis, concavis, imbricatis.
Cor. nulla.
Stam. Filam. 3. receptaculo germinis inſerta. Anth. oblong. 4-gon. 2-locul.
Piſt. Germ. ovatum. Styl. longus. Stigm. 3. filiform.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .

Sylvatica. M. *Aubl. Guian. tab.* 17.
In Guiana ♃.
Radix lignosa. Scap. pl. 2-ped. triangul. ad basin squamulis, seu foliol. oblong. acutis, imbricat. rufescentibus præditi. Fl. terminal. numerosi, congesti, sessil. in fundo involuc. ampliſſimi.

DIGYNIA.

TRISETARIA.

Cal. GLuma 2-valv. 2-flora, valvul. lineari-acuminat. muticis, glabris, cor. longioribus, altera breviore.
Cor. 2-valv. lineari-acuta; valvul. interior planiusc. hyalina, brevior, mutica: exter. convexo-compressa, margine membranac. arista ex apice 2-part. duplo longiore: alia ex dorso intra apicem simpl. triplo longiore.
Stam. Filam. 3. filiform. Anth. incumbentes.
Pist. Germ. parvum. Styli 2. nudi. Stigm. simplicia.
Peric. nullum.
Sem. 1.
Forskal. T. *Forsk. Æg.*
In Ægypto ☉.
Culm. erect. pedal. basi ramosus, teres. Fol. 3-pollic. linear. plana, villosa, sicuti vaginæ. Panic. spitham. contracta.

VIEUSSEUXIA.

Cal. spath. 2-valv. fl. distinguentes, persistentes.
Cor. 6-pet. Petal. 3. exter. patentia, ovata, unguibus latiuscul. erectis, basi semicylindricis. Petal. 3. inter. multo min. patentiusc.
Stam. Filam. 3. basi coalita in cylindrum, stylum includentem. Anth. oblong.
Pist. Germ. inferum, clavatum. Styl. simpl. longitudine filamen. Stigm. 3-part. lacin. petaloid. erectis, apicibus 2-fid. inflexis.

Peric. Capſ. oblong. triquetra, 3-locul. 3-valv.
Sem. . . . . . .

ſpiralis. V. fol. radicali unico, caulis longitudine. *De la Roche nov. pl. tab.* 5.
Bulbus ſubcylindric. incurvus. Scap. rectus, pedal. diviſus, articulatus. Fol. radicale enſiforme, flaccidum: caulina vaginant. ſtricta. Fl. terminal. peduncul. Cor. lutcola, cum maculis purpur. Petal. 3. exter. ma.

fugax. V. fol. radicali unico, caule duplo longiore. *De la Roche nov. pl.*
Simil. priori, ſed duplo maior. Scap. ſeſquiped. & ultra, ſimpl. articulatus. Fol. radicale Gramineum, molle, ſtriatum, carinoſum: caulina ad ſingulos articulos vaginantia, ſtricta. Cor. candida.

ariſtata. V. fol. ſingulari, ſcapum vaginante, longiſſ. *De la Roche nov. pl.*
Bulbus ſphærico-compreſſus. Scap. erect. 4-5-pollic. Fol. lineare. Spadix a fol. caulino, tamquam e ſpatha proveniens, ramoſus. Fl. lutei, fugaces. Pet. 3. exter. ovata, deflexa; interior. lanceol. obtuſa, patentia.

LOMENIA.

Media inter Ixiam, & Gladiolum.
Cor. monopet. tubuloſa, tubo ſubincurvo, limbo campanul. 6-fid. æquali. Stam. emarginata.

1. *Borbonica.* L. ſcapo altiſſimo, ramoſo: fol. enſiformibus, nervoſis, duris, margine cartilagineis: fl. ſeſſilibus: petal. mucronatis. *Pourret Mem. de l'Acad. de Touloufe.* T. 3. *tab.* 5.
In Inſula Borbonica ♃.
Rad. bulboſa. Fol radicalia, nervis paralellis, & adproximatis. Scapus 3-4-ped. bracteatus, fl. alternis ex ſpatha ſquamoſa, & pellucida exeuntibus. Petala fere Lilii, violaceo-purpur. albo col. mixta. Stam. & ſtylus ſature purpur. anth. flavis.

LAPEIROUSIA.

Cor. monopet. infundibulif. tubo longiſſimo; limbo 6-fid. æquali. Ixiæ genus proximum, ſed

cor. lacin. alternatim inæquales in noſtra ; anth. non ſimpl. ſed 2-fid. Stigm. non filiform. ſed emarginata ; ovarium non glabrum , ſed tomentoſum .

compreſſa . L. ſcapis ramoſis , compreſſis , margine ſtrigoſis : fol. enſiformibus , nervoſis , ſubfalcatis , dorſo ſerrulatis : ſpathis exterioribus plicatis , criſpis : fl. alternis , ſolitariis . *Pourret. Mem. de l'Acad. de Toulouſe* . T. 3. *tab.* 6.

In Inſula Galliæ ♃ .

Rad. bulboſa . Fol. radicalia 2-3. 2. pollic. longa , 4-5. lin. lata . Scap. 6-7-pollic. a baſi ramoſus , ramis alternis , alatis : fol. caulina ſimilia , fere margine ſpinoſa , alterna : rami axillares , diſtantes , alterni . Fl. ſpatha duplex : exterior 3-4-longior interiore , ſeſſilis , horizontal. ovali-obtuſa , margine rubra , dorſo ſubſpinoſo : interior lanceol. membranacea . Fl. albo , & purpur. variegati ; tubo longitudine ſpathæ exterioris .

CLASSIS IV.

TETRANDRIA.

MONOGYNIA.

Fl. monopetali, monospermi, inferi.

130. *Protea.* COr. 4-pet. 4-fid. seu 4-part. petal. subinde vel basi, vel apice cohærentibus. Anth. linear. vel oblongæ, insertæ petalis infra apicem. Cal. proprius o. Sem. 1, superum, nudum. Caul. arborescens, vel fruteſc. Rami sæpius verticillati, proliferi. Fol. alterna, sempervirent.

131. *Globularia.* Cal. comm. imbricat. planus: proprius tubulat. inferus. Corollulæ lab. superius 2-part. infer. 3-part. Receptacul. paleac.

Fl. monopet. monospermi, superi. Aggregatæ.

132. *Cephalanthus.* Cal. comm. o. proprius infundibuliform. superus. Receptac. globosum, nudum. Sem. 1. lanuginosum.

132. *Dipsacus.* Cal. comm. polyphyll. fol. angustis, spinosis: proprius superus. Receptac. conicum, paleaceum. Sem. columnaria.

133. *Scabiosa.* Cal. comm. polyphill: proprius dupl. superus. Receptac. elevatum, paleac. seu nudum. Sem. ovato-oblong. coronata, involuta.

134. *Knautia.* Cal. comm. oblong. simplex, 5-fl. proprius simpl. superus. Corollul. irregul. Receptac. planum, nudum. Sem. apice villosa. Differt a Scabiosa cal. tubuloso; & simplici flosculorum orbita.

135. *Allionia.* Cal. comm. simpl. oblong. 3-phyll. 3-fl: proprius obsoletus, superus. Corollul. irregul. Receptac. nudum.

* *Valeriana sibirica.*

Fl. monopet. monocarpi, inferi.

154. *Aquartia.* Cal. campanul. sub 4-fid. Cor. rotata, lacin. linearibus. Bacca globosa, polysper.

153. *Callicarpa*. Cal. campanul. 4 fid. Cor. tubulosa, 4-fid. Bacca globosa, 4-sper.

173. *Ægiphila*. Cal. brevissim. campanif. 4-dent. Cor. tubulosa, 4-fid. Styl. semibifid. Bacca subrotun. 4-sperm.

161. *Scoparia*. Cal. 4-part. Cor. rotata, 4-part. concava. Caps. oblong. 1-locul. 2 valv. polysperm.

166. *Centunculus*. Cal. patens, 4-fid. Cor. rotata, 4-fid. Stam. brevia. Caps. rotunda, 1-locul. circumscissa.

160. *Plantago*. Cal. 4-fid. Cor. 4 fid. limbo reflexo. Stam. longiss. Caps. ovata, 2-locul. circumscissa. Appendices parvæ, membranaceæ, ovato-lanceol. in apice plerumq. 2-fid. unicuiq. anth. subiectæ.

155. *Polypremum*. Cal. 4-phyll. Cor. rotata, 4-fid. lobis obcordatis. Caps. compressa, emarginata, 2-locul.

158. *Buddleja*. Cal. 4-fid. Cor. campanulata, 4-fid. Stam. ex incisuris. Caps. oblonga, bisulca, 2-locul. polysperm.

159. *Exacum*. Cal. 4-phyll. Cor. subcampanulata, 4-fid. Caps. subrotun. compressa, bisulca, 2-locul. apice dehiscens, polysper.

156. *Penæa*. Cal. 2-phyll. Cor. campanulata, 4-fid. Styl. 4-angular. Caps. 4-gon. 4-locul. 8-sperm.

157. *Blæria*. Cal. patens. 4-part. Cor. subcampanul. Stam. receptac. inserta. Caps. 4-gon. 4-locul. polysper.

* *Swertia corniculata; dichotoma.*

* *Gentianæ 4-fidæ.*

Fl. monopet. monocarpi, superi.

150. *Pavetta*. Cal. 4-dent. Cor. monopet. infundibulif. supera. Stigma curvum. Bacca 2-sper.

149. *Ixora*. Cal. 4-part. Cor. 1-pet. infundibulif. tubo tenui, longissimo, supera. Stam. intra faucem. Bacca subrotun. 2-locul. 4-sperm.

151. *Petesia*. Cal. 4-dent. Cor. monopet. infundibulif. Stigm. 2-fid. Bacca globosa, 2-locul. polysper.

148. *Catesbæa*. Cal. 4-dent. Cor. monopet. infundibulif. longiss. supera. Stam. intra faucem. Bacca oval. polysper.

152. *Mitchella*. Cal. 4-dent. Cor. binæ eidem germini, monopet. tubulosæ, superæ. Stigmat. 4. Bacca biflora, bifid. 4-sper.

175. *Hydrophylax*. Cal. 4-part. Cor. infundibul. Fruct. anceps, 1-ſper.

136. *Hedyotis*. Cal. 4-part. Cor. monopet. infundibulif. Capſ. didyma, polyſper. apice dehiſcens,

179. *Oldenlandia*. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 4-pet. tubuloſa. Capſ. ſubgloboſa, coriacea, didyma, polyſper. dehiſcens inter dentes.

190. *Manettia*. Cal. 8-phyll. Cor. tubuloſa, 4-fid. Capſ. infera, 2 valv. 1-locul. turbinata, compreſſa. Sem. imbricata, orbiculata; ſeminulo centrali.

167. *Sanguiſorba*. Cal. brevis, 2-phyll. Cor. 4-part. plana. Germ. inter calyc. & cor. Fruct. 2-locul. Fol. imparipinn. Fl. ſpicati.

* *Coffea occidentalis*.

* *Peplis tetrandra*.

Fl. monopet. dicocci, inferi.

143. *Houſtonia*. Cal. 4-dent. Cor. monopet. infundibulif. Capſ. 2-locul. 2-valv. 2-ſper.

137. *Scabrita*. Cal. tubulof. truncatus. Cor. monopet. hypocraterif. Sem. 2, compreſſa, emarginata.

Fl. monopet. dicocci, ſuperi. Stellatæ.

146. *Rubia*. Cor. monopet. campanulata. Baccæ 2, coalitæ, monoſper. glabræ.

144. *Galium*. Cor. monopet. plana, 4-fid. Fruct. bini, ſubgloboſi.

140. *Aſperula*. Cor. monopet. infundibulif. Sem. 2, ſubrotunda. Differt a Galio tubo cor. longiore.

139. *Scherardia*. Cor. monopet. infundibulif. Sem 2, trident. oblonga.

138. *Spermacoce*. Cor. monopet. infundibulif. Sem. 2, bident.

142. *Knoxia*. Cor. monopet. infundibulif. Fruct. bipartibilis, ſulcatus. Calyc. unicum folium ma. Habitus Plumbaginis.

141. *Diodia*. Cor. monopet. infundibulif. Fruct. 4-gon. coronatus, 2-valv. 2-locul. 2-ſperm.

145. *Crucianella*. Cor. monopet. infundibulif. tubo filifor. limbo unguicul. 4-fid. Cal. 2-phyll. Sem. 2, linearia.

Fl. monopet. tetracocci, inferi.

147. *Siphonanthus*. Cal. 5-part. Cor. monopet. infundibulif. tubo longiſſ. infera. Baccæ 4, ſubrotun. 1-ſperm.

Fl. tetrapetali, inferi.

169. *Epimedium*. Cal. 4-phyll. caducus. Nect. 4. cyathiform. petalis incumbentia. Cor. 4-pet. Capſ. acumin. 1-locul. 2-valv. polyſperm.

162. *Skimmia*. Cal. 4-part. Pet. 4, concava. Bacca 4-ſperm.

163. *Rhaeoma*. Cal. 4-part. Cor. 4-part. fimbriata. Capſ. ſubrotun. 1-locul. 1-ſperm.

164. *Othera*. Cal. 4-part. Pet. 4, ovata, plana. Stigm. ſeſſile. Capſula?

165. *Oriza*. Cal. 4-part. Pet. 4, lanceol. plana. Stigm. capitatum. Capſula?

174. *Ptelea*. Cal. parvus, 4-part. inferus. Pet. ſæpe 4, raro 5, plana, coriacea. Fruct. compreſſus, membrana ſubrotunda, centro monoſpermos.

171. *Samara*. Cal. minimus, 4-part. Pet. 4, ovata, baſi lacuna longitudinali. Stam. baſi petali immerſa. Stigm. infundibulif. Drupa ſubrot.

172. *Fagara*. Cal. parvus, 4-fid. Petal. 4, oblong. patentia. Stam. petalis longiora. Capſ. 2-valv. 1-ſperm.

180. *Ammannia*. Cal. 1-phyll. tubuloſus, plicatus, 4-8. dent. inferus. Cor. 0, vel 4-pet. calyci inſerta. Capſ. ſubrotun. 4-locul.

178. *Bankſia*. Amentum ſquamatum. Cor. 4-pet. Anth. in cavitate laminarum ſeſſiles. Caps. 2-valv. Sem. 2-partibile.

192. *Hartogia*. Cal. 5-fid. Cor. 4-petala, patens. Drupa ovata, 2-ſper.

* *Cardamine hirſuta*.

* *Evonymus europæus*.

Fl. tetrapetali, ſuperi.

182. *Trapa*. Cal. 4-part. Cor. 4-pet. Nux ovata. cincta ſpinis 4, oppoſitis, quæ calyc. fol. fuere.

168. *Ciſſus*. Bacca rotund. 1-ſperm. cincta calyce, corollaq. 4-part. Sem. oſſeum.

170. *Cornus*. Involuc. 4-phyll. ſæpius. Cal. minimus, 4-dent. deciduus. Petal. 4. Drupa umbilicata, nucleo 2-loc.

177. *Ludwigia*. Cal. 4-part. ſuperus. Cor. 4-pet. Caps. 4-gon. 4-locul. infera, polyſper.

188. *Santalum*. Cal. 4-dent. Cor. 4-pet. calyci innata, præter glandulas 4. Bacca infera, 1-ſperm.

Fl. incompleti, inferi.

189. *Struthiola*. Cal. 2-phyll. tubuloſus, lacin. acutis, compreſſis, carinatis. Nectar. 8, antheriform. ſingulo baſi corona ſetarum circumdato, fauc. margini impoſita. Cor. 4-fid. Bacca exſucca, 1-ſperm.

191.

191. *Krameria*. Cal. o. Cor. 4-pet. Pet. oblonga, patentia. Nectar. ſuper. 3-part. inferius 2-phyll. Bacca globoſa, echinata, ſicca, 1-ſperm.

194. *Rivina*. Cal. o. Cor. 4-pet. perſiſtens. Bacca globoſa, 1-ſperm. Sem. lentiforme, ſcabrum.

195. *Emboth-rium*. Cor. 4-pet. Anth. ſeſſiles, apicibus petalorum inſidentes. Folliculus teres.

186. *Nigrina*. Cal. o. Cor. 4-pet. Capſula?

196. *Salvadora*. Cal. 4-fid. lacinïis revolutis. Cor. o. Bacca 1-ſperm. Sem. rotundum, arillatum.

197. *Camphoroſma*. Cal. urceolat. 4-dent. dentibus 2. oppoſitis, alterniſque minimis, reflexis. Cor. o. Capſ. 1-ſperm. calyce obvoluta.

198. *Alchemilla*. Cal. 8-fid. Cor. o. Sem. 1. calyc. tectum.

183. *Dorſtenia*. Receptac. comm. 1-phyllum, carnoſum, in quo ſem. ſolitaria nidulantur. Fl. aggregati. Involuc. magnum, angulatum. Flos monopetal. anomalus, carnoſus, pedem anſerinum referens. Fruct. eiuſdem formæ.

184. *Cometes*. Involuc. 4-phyl. 3-fl. Cal. 4-phyll. Capſ. 3-cocca.

* *Corchorus coreta*.

* *Ammannia*.

* *Convallaria bifolia*.

Fl. incompleti, ſuperi.

176. *Sirium*. Cal. campanulat. ſemi 4-fid. Cor. o. Nectar. 4-phyllum, claudens calycem. Germ. inferum. Stigm. 3-fid. Bacca 3-locul.

193. *Acæna*. Cal. 4-phyll. Cor. 4-pet. Bacca obovata, ſicca, infera, 1-ſperm. retrorſum echinata.

181. *Iſnardia*. Cal. campanulat. 4-fid. perſiſtens. Cor. o. Capſ. cincta calyce, 4-locul. polyſper.

186. *Elæagnus*. Cal. campanulat. 4-fid. interne coloratus, deciduus. Cor. o. Drupa intra calycem, ovata, glabra, 1-locul. 1-ſperm.

187. *Gonocarpus*. Cal. o. Cor. 4-fid. Drupa ſubglobоſa, 8-gon. 1-ſperm.

* *Theſium alpinum*.

DIGYNIA.

202. *Bufonia*. Cal. 4-phyll. perſiſtens, foliol. alternis minoribus. Petal. 4. calyce breviora, anguſta. Caps. 1-locul. 2-valv. 2-ſper.

205. *Hypecoum*. Cal. 2-phyll. Pet. 4; exterioribus 2 latioribus, 3-fid. Siliqua.

203. *Hamamelis*. Involuc. 3-phyll. Cal. proprius 4-phyll. Petal. 4, longiſſ. linearia. Nux 2-cornis, 2-locul.

204. *Cuſcuta*. Cal. & cor. 4-5-fid. Squamæ nectariferæ fl. ſegmentis interpoſitæ. Stam. 4-5. Capſ. ſubrotund. carnoſa, 2-locul. 3-4 ſper.

206. *Gomozia*. Cal. o. Cor. campanul. 4-fid. Bacca 2-locul.

109. *Galopina*. Cal. o. Cor. 4-fid. Sem. 2, nuda.

210. *Aphanes*. Cal. 8-fid. Cor. o. Sem. 2, calyce tecta.

201. *Cruzita*. Cal. 4-phyll. exter. 3 phyll. Cor. o. Sem. 1 in calyce conniventi.

* *Herniaria fruticoſa*.

* *Gentiana*.

* *Swertia*.

TETRAGYNIA.

207. *Ilex*. Cal. 4-dent. Cor. monopet. rotata, 4-fid. Styl. o. Stigm. 4. Bacca 4-ſperm.

208. *Coldenia*. Cal. 4-phyll. Cor. 1-pet. infundibulif. 4-fid. lacin. obtuſis. Styl. 4. Sem. 2, bilocular. angulato-ſcabra, ſtylis roſtrata.

211. *Sagina*. Cal. 4-pyll. Pet. 4, patentia, calyce breviora. Capſ. ovata, 4-valv. 4-locul. polyſper.

212. *Tillæa*. Cal. 3-4 part. Pet. 3-4, æqualia, acuta, plana, calyce fere minora. Capſ. 3-4, oblong-acumin. polyſper.

213. *Myginda*. Cal. minimus, 4-part. Pet. 4, ſubrotunda, patentiſſ. Drupa globoſa, 1-ſper.

209. *Potamogeton*. Cal. o. Pet. 4, ovata, decidua. Styl. o. Germ. 4. Sem. 4, nuda, ſeſſilia.

Ruppia. In ſummis ramulis prodeunt ſpicæ ferentes anth. 8, reniform. ſeſſil. Inter has naſcuntur pedunc. 8, tenues, ſinguli ſubſtinentes germen parvo ſtigmate inſtructum. Capſ. acumin. aſpera, 1-ſperma.

MONOGYNIA.

130. PROTEA. Cor. 4-pet. 4-fida, seu 4-part. petalis subinde vel basi, vel apice cohærentibus. Anth. linear. vel oblong. insertæ petal. infra apicem. Cal. propr. 0. Sem. 1. superum, nudum.

Caul. arboresc. vel frutesc. Rami sæpius verticill. proliferi. Fol. alterna, sempervirentia.

* *Pinnatæ; fol. pinnatis, filiformibus.*

1. *decumbens*. P. fol. trifid. filiform. caul. decumbente. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. diss. de Protea tab.* 1. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 1.

Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. pedal. filifor. parum ramosus, sanguineus. Rami in apice caul. Fol. digital. remota, erecta, secunda, glabra. Pinnæ in medio fol. oppositæ. Capitul. terminal. magnitudine Pisi ma: Cor. sericea.

2. *florida*. P. fol. trifid. filiform. caul. erecto: capitulo solitar. bract. obvallatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c. tab.* 1. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 1.

Ad cap. b. Spei ♄.

Tota planta, excepto cal. glabra. Caul. ped. & ultra, erectus, teres, purpur. Fol. palmar. sparsa, erecta; infer. pinnata, super. 3-fid. pinnæ oppositæ, sub 3-iugæ, pollic. sensim breviores. Capitul. terminal. pedunculatum. Pedunc. palm. inæqual. 1-fl. Bract. inferne sparsæ, superne adgregatæ. Cal. squamæ ciliis flavescentibus.

3. *cyanoides*. P. fol. trifido-pinnat. filiformibus, caul. erecto: capitul. solitar. nudis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 3. *Pluk. mant. tab.* 345. f. 6.

Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. simpl. vel ramosus, erectus, teres, glaber: rami subverticill. inæqual. Fol. frequentia, pollic. & ultra, erecta, rarius 2-trifida, acuta, glabra. Pinnæ oppositæ, consimil. Capitul. terminale, solitar. magnitudine Nucis Avellanæ. Calyc. squamæ ciliis albis. Cor. intus purpurasc. extus tota lanata, pilis longis, albis.

4. *patula*. P. fol. trifido-pinnat. filiform. caul. erecto: capitul. adgregatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 4.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. pedal. ramoſus, glaber, ruber. Rami umbellati, patent. inæqual. Fol. frequentia, pollic. raro 2-pinn. glabra. Capitul. terminale, ſubſeſſile, magnitudine Piſi. Calyc. ſquamæ glabræ. Cor. niveo-tomentoſa.

5. *ſphærocephala*. P. fol. 2-pinnat. filiformibus; pedunculis capitulis brevioribus; ſquamis calycin. ovatis, baſi villoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 5.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. pedal. proliferus, flexuoſus, glaber, fuſco-purpur. Fol. frequentia, pollic. erecta, flexuoſa, glabra: pinnæ circiter 4. oppoſitæ: pinnulæ alternæ, ſubfaſtigiatæ, apice acutæ, rufeſcent. glandulofæ. Capitula terminalia, pedunculo. adgregata, magnitudine fere Nucis Avellanæ. Calyc. ſquamæ rufeſcent. Cor. argentea, pilis longis, imbricatis.

6. *ferraria*. P. fol. bipinnat. filiform. hirtis: pedunc. capitulis longioribus; ſquamis calyc. ovat-lanceol. hirtis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 6. *Pluk. mant. tab.* 329. f. 1. *Burm. Afric. tab.* 99. f. 1.
b. Seb. Theſ. 2. *tab.* 69. f. 6.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. 2-ped. & ultra, ramoſus, flexuoſus, proliferus, ramis pubeſcentibus pilis helvolis. Fol. frequentia, pollic. erecto-patula: pinnæ circiter 3. oppoſitæ; pinnulæ alternæ. Capitula faſtigiata, adgregata, pedunculata, magnitudine Piſi. Cor. extus hirta. *Var. fol. hirtis, & hirſutiſſim.*

7. *triternata*. P. fol. 2-pinnat. filiform. glabris: pedunc. capitulis longioribus: ſquamis calyc. lanceol. hirtis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 7.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. ſeſquiped. & ultra, ſimpl. ſuperne flexuoſus. Fol. ſpitham. verſus caulis apicem frequentia, erecta: pinnæ oppoſitæ, acutæ; pinnulæ alternæ. Capitula terminalia, adgregata, magnitudine Piſi ma. Cor. lanata, pilis argenteis.

8. *glomerata*. P. fol. 2-pinnat. filiform. pedunc. comm. elongato, nudo; pedicellis capitulis longioribus. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 8. *Burm. Afric. tab.* 99. f. 2.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, ſubprolif. glaber, purpur: rami nudi. Fol. ſeſquidigit. glabra. Pinnæ circiter 4. alternæ, conſimil. pinnul. circiter binæ, alternæ. Corymb. terminal. e ſpica factus; bracteis diſtinguentibus, lanceol. ferrugineis. Cor. extus hirſuta.

9. *phylicoides*. P. fol. 2-pinnat. filiform. capitul. terminal. ſolitar. lanatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.°9.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. pedal. & ultra, erectus, ſuperne ramoſus, fuſcus: rami ſubumbellati. Fol. frequentia, pollic. erecta: pinnæ circiter 3. oppoſitæ; pinnulæ alternæ, ſubulatæ, apice rufeſcent. Capitul. ovatum, Nuce Avellanæ maius. Cor. lanata, pilis denſis, griſeis.

10. *lagopus*. P. fol. 2-pinnat. filiformibus: capitul. ſpicat. adgregatis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 10.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, ſuperne ramoſus, glaber, cinereus: rami ſubverticill. erecti. Fol. pollic. pinnæ tres, oppoſitæ; pinnul. alternæ, acutæ, faſtigiatæ, apice rufeſcent. Spicæ digital. villoſæ, albæ.
Diverſa a ſeq. capitul. adgregatis; & ſpica conica, ſeſſili, hirſutiſſ.

11. *ſpicata*. P. fol. 2-pinnat. filiform. capitul. ſpicatis, diſtinctis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 11.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, 2-ped. & ultra, prolif. purpur. Rami verticill. quaterni; iuniores incani. Fol. frequentia, 2-pollic. glabra; ſuprema ſericea: pinnul. alternæ, acutæ. Capitula remota, ſparſa, 4-fl. pedunculi. Spicæ ſparſæ, pollic. tomentoſæ. Cor. extus hirſuta, limbo breviſſ. ovato.

12. *ſceptrum*. P. fol. inferioribus 2-pinnat. ſuperioribus 3-fid. integriſq. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.°12. *Act. Stock.* 1777. *tab.* 1.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, 2-ped. & ultra, glaber: rami

subverticill. erecti. Fol. 3-pollic. infer. filiform. media obovat-oblong. 3-fida, 2-pollic: summa pollic. petiolat. obovat-oblong. Capitula spicata. Spicæ tres, pollic. argenteo-albæ. Cal. tomentosus. Cor. fere pollic. argentea.

** *Dentatæ: fol. dentatis, callosis.*

13. *crinita.* P. fol. plerumq. 5-dent. glabris: caul. erecto: capitul. terminalibus subternis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 13.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. 2-ped. & ultra, villosus. Fol. pollic. vel paulo ultra, sessil. ovata, obtusiss., rarius indivisa, & 3-dent. basi villosa. Capitula adgregata, magnitudine fere Juglandis. Cal. squamæ apice barbatæ. Cor. cylind. villosa, unguicul. purpurasc. *Differt a seq. fl. capitul. pl. & min. cor. breviore.*

14. *conocarpa.* P. fol. sæpe 5-dent. glabris: caul. erecto: capitul. terminali. *Syst. veg. ed.* 14 *Thumb. l. c.* n.° 14. *Boer. Lugd.* 2. *tab.* 196. *Pluk. alm. tab.* 207. f. 2.
In Æthiopia ♄.
Caul. 3-ped. & ultra: rami pauci, alterni. Fol. 2-pollic. erecto-patent. sessil. oblong. obtusa, integra, apice dentata, basi villosa. Capitul. solitar. magnitudine Pyri. Calyc. squamæ ciliatæ. Cor. pollic. filiform. hirsuta, pilis longis, flavis.

15. *elliptica.* P. fol. elliptic. sæpe 3 dent. glabris: caul. erecto: capitul. terminal. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 15.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. flexuosus, villosus. Fol. digital. erecto-patula. Capitul. solitar. magnitudine Pyri. Cal. tomentosus. Cor. longa, hirsuta.

16. *hypophylla.* P. fol. tridentat. glabris, fecundis: caul. decumbente: capitul. terminali. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 16. *Boer. Lugd.* 2. *tab.* 198.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. ped. & ultra, glaber, purpur. Fol. palmar. erecta, elliptico-lanc. obtusa cum acumine, calloso-3. dent. rarius 5-dent. inferne integra; recentiora subpubescent. Capitul. solitar. magnitudine Juglandis, pedunc. tomentoso. Cal.

imbricat. ſquamis ovat. tomentoſis. Cor. pollic. filifor. ſemi-2-fid. extus villoſa. *Differt a cæteris caul. decumbente; & fol. ſecundis.*

17. *cucullata*. P. fol. 3-dent. glabris: capitul. lateralibus. *S ſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 17. *Boer. Lugd. 2. tab.* 206. *Pluk. alm. tab.* 304. f. 6.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. prolif. noduloſus, tomentoſus. Fol. frequentia, ſeſquipollic. ſparſa, imbricata, ſeſſil. infra medium latiora, ovata. Capitula ſeſſil. 5-fl. Cal. paucifol. imbricat. ſubvillosus. Cor. pollic. filiform. inferne pubeſcens, ſupra glabre villoſa. *Facile dignoſcitur capitul. lateralibus anguſtis.*

18. *tomentoſa*. P. fol. ſæpe 3-dent. tomentoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 18.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota planta incano-tomentoſa. Caul. erect. 2-ped. & ultra, ſimpl. Fol. frequent. pollic. & ultra, linearia. Capitul. terminal. ſolitar. vel duo, magnitudine fere Juglandis. Cor. unguicul. tenuiſſime pubeſcens.

19. *heterophylla*. P. fol. 3-dent. integriſque: caul. decumbente. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 19.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. ped. apice ramoſus, glaber, fuſcus: rami divaricati. Fol. frequent unguicul. incumbentia, oblong. acuta, inferne attenuata. Capitul. terminalia, magnitudine Nucis Avellanæ ma. Cal. tomentoſus. Cor. unguicul. villoſa.

****Aceroſæ; fol. filiformibus, ſubulatis.*

20. *pinifolia*. P. fol. filiformibus: fl. racemoſis, ecalycul. glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 20. *Burm. Afric. tab.* 70. f. 3.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota planta glabra. Caul. erectus, 2-ped. & ultra, ramoſus. Rami verticillati, flexuoſi, ſubdichot. apice foliaſi, floriferi, rubro-fuſci. Fol. conferta, 2-pollic. ſparſa, erecto-incurva, longa, ſubcanalicul. Racemi terminal. erecti, faſcicul. ſeſſil. ovati. Bract. ſubulatæ. Pet. 4. lineari-lanc. cruciatim patentia.

21. *racemoſa*. P. fol. filiformibus: fl. racemoſis, calycul. tomentoſis. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 21.
Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. erectus, 3-ped. ramosus, ferrugineus. Fol. frequen. pollic. infer. glabra, suprema sericea. Fl. in ramis terminal. Racemi digital. Cal. 4-phyll. villosus. Cor. tota hirsuta, lana densa. *Simil. 2. seq. sed habet unicum fl. intra calyc.*

22. *incurva*. P. fol. filiform. incurvis, glabris: capitul. racemoso-spicatis, tomentosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 22. *tab.* 3. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 3.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, 2-ped. & ultra, superne ramosus, rufescens: rami verticill. Fol. sparsa, pollic. glabra.

23. *caudata*. P. fol. filiform. hirtis: capitulis subsessil. spicatis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 23. *tab.* 2. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 2.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erect. sub 3-ped. superne ramosus, rufescens. Fol. unguicul. erecta, infer. hirta, super. hirsuta. Spicæ digital. cylindricæ. Cal. sæpe 2-fl. Cor. hirsuta.

24. *bracteata*. P. fol. filiformi-canalicul. capitulo terminali; bracteis multifid. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 24. *tab.* 1. *Boer. Lugd.* 2. *tab.* 193. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 1.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota glabra. Caul. erectus, pedal. simpl. raro 2-fid. rugosus, fuscus. Fol. frequent. 3-pollic. subsecunda. Capitul. solitar. magnitudine Juglandis. Cor. sub 4-gona, apice 4-fida, limbo intus pappo denso. *Convenit cum P. Pinifolia, & aulacea calyc. nullo: cum umbellata bract. multifid.*

25. *comosa*. P. fol. infer. filiformibus: super. lanceol. capitulo terminali. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 25.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota glabra. Caul. erectus, pedal. & ultra, ramosus, fuscus. Rami fastigiati, verticillato-quaterni. Fol. frequentia, sesquipollic. super. comosa. Conus fl. solitar. magnitudine Juglandis.

26. *purpurea*. P. fol. linearibus, recurvis: capitul. linearibus, cernuis: caul. decumbent. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 26.
Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. 2-ped. ſubfiliform. prolif. ramoſiſſ. purpur. ramuli ſubvilloſi. Fol. frequentia, ſparſa, ſeminunguicul. imbricata, mutica, integra, patenti-recurva. Capitula magnitudine Piſi. Cal. tomentoſus, foliol. filiformibus. Cor. minuta, villoſa, limbo glabro, purpur.

27. *prolifera*. P. fol. adpreſſis, ſubulatis: caul. prolifero. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 27. *tab.* 4. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 4.

Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. erectus, 2-ped. glaber: rami erecti. Fol. frequentia, ſubimbricata, unguicul. glabra. Capitula in divaricatione ramorum, magnitudine Piſi.

28. *corymboſa*. P. fol. lineari-ſubulat. adpreſſis: ramulis ſubfaſtigiat. verticillat. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 28. *tab.* 2. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 2.

Ad cap. b. Spei ♄.

Tota glabra. Caul. erectus, 4-ped. & ultra, ramoſus: rami plurimi, digital. Fol. frequent. imbricata, unguicul. Capitula te minalia, magnitudine Piſi min. Cal. corolla brevior. Cor. minuta, lutea. *Var. cal. tomentoſo*.

29. *nana*. P. fol. lineari-ſubulat. capitul. terminali; cal. colorato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 29. *Pet. gaz. tab.* 27. f. 7.

Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. erectus, 2-ped. ramoſus, cicatricibus ſcaber. rami ſubterni, cernui. Fol. frequentia, ſubimbricata (Pini ſylv.) ſemipollic. patentia, patula. Capitulum cernuum, magnitudine Pruni. Cal. ſquamis laxis, ſenſim ma. Cor. unguicul. lana aurea extus tecta. Calycin. radius purpur. diſcus flavus. *Dignoſcitur fl. Roſam referentibus. Tota planta, excepta cor. glabra*.

30. *lanata*. P. fol. adpreſſis, triquetris: capitulo terminal. lanato. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 30. *tab.* 3. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 3.

Ad cap. b. Spei ♄.

Caul. erectus, 2-ped. filiform. debilis, ramoſus, fol. tectus: rami bini. Fol. imbricata, unguicul. linear. Capitul. ſericeum, magnitudine fere Juglandis. Cor. unguicul. extus pilis argenteis.

**** *Lineares: fol. linearibus.*

31. *torta.* P. fol. linearibus, obliquis, callosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 31.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota planta, excepta cor. glabra. Caul. suberect. 2-ped. & ultra, ramosus. Rami verticillato-quaterni, incurvati: ramuli in apice breviss. verticillati. Fol. frequentia, semipollic. integra. Capitula terminal. magnitudine Pisi. Cal. breviss. tomentosus. Cor. argentea.

32. *alba.* P. fol. linearibus sericeo-tomentosis. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 32.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota argenteo-tomentosa. Caul. erectus, ramosus: rami sub 6-umbellati. Fol. erecto-imbricata, pollic. Capitula in divaricatione ramorum, fol. obvallata, magnitudine Pisi.

***** *Lanceolatæ; fol. ellipticis, & lanceol.*

33. *aulacea.* P. fol. ellipticis: fl. racemosis, ecalyculat. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 33. *tab.* 2. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 2.
Ad cap. b. Spei ♄.
Tota glabra. Caul. erectus, 3-4-ped., prolif. parum ramosus: rami subverticillati, erecto-patentes. Fol. adproximata, sessil. erecta, digital. caulem tegentia. Racemi terminal. subumbellati, pollic. oblong. cernui. Bract. sub singulo pedunc. lanceol. albæ. Cal. o. Pet. unguic. erecta, linear. alba.

34. *umbellata.* P. fol. elliptic. capitul. terminalibus; bracteis multifid. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 34.
Ad cap. b. Spei ♄.
Planta glabra. Caul. erectus, 2 ped. & ultra, ramosus. Fol. ut in priore. Capitul. solitarium, magnitudine Nucis Avellanæ ma. Cal. o. Cor. ut in P. *brachiata.*

35. *linearis.* P. fol. ellipticis: capitul. terminali, tomentoso. *Syst. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 35. *tab.* 4. *Act. Medic. Svec.* T. 1. *tab.* 4.
Ad cap. b. Spei ♄.
Caul. erectus, 4-ped. ramosus, purpur. rami longi. Fol. frequentia, digital. & ultra, sessil. linear. subtus concava. Capitul. conicum,

magnitudine Pomi mediocris. Cal. ſquamæ extus tomentoſæ.

36. *Scolymus*. P. fol. lanceol. acutis, capituloq. terminali rotundo, glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 36. *Boer. Lugd. tab.* 192.

Ad cap. b. Spei ♄.

Frutex totus glaber. Caul. erectus, 3-ped. ramoſus: rami erecti, ſubverticill. Fol. frequentia, digital. erecto-patula, integra. Capitul. ſolitar. ovat. fol. obvallatum, magnitudine Pruni. Cor. purpuraſc. Receptac. ferrugineo-tomentoſum.

37. *mellifera*. P. fol. lanceol-elliptic. capituloq. terminali oblongo, glabris. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 37.

Ad cap. b. Spei ♄.

Arbuſc. tota glabra. Caul. erectus, orgyal. & ultra, ramoſus. Rami ſparſi, erecti, ramuloſi. Fol. frequent. digital. integra, patula, avenia. Capit. viſcoſum, ferrugineum, magnitudine Ovi Anſerini. *Differt a ſequenti caul. arbor. ramoſo, multifloro: fol. planis; cono oblong. bituminoſo, plano, nitido.*

38. *repens*. P. fol. lanceol-elliptic. capituloq. ovato, glabris: caul. decumb. breviſſ. *Syſt. veg. ed.* 14. *Thumb. l. c.* n.° 38.

Leucadendron repens *b. ſp. pl.*

Frutex in litoribus arenoſis 3-ped. in ſylvaticis 8-ped. Eol. ovata, vel lanceol-acuta, petiol. breviſſ. rubentibus innixa, oppoſita, interdum alterna, dimidium, vel ſeſquipoll. longa, tenuiſſime ſerrata. Pedunc. comm. axill. oppoſiti, filiform. 2-fidi, lacinia utraque 3-fid. & 3-fl. Fl. exigui, nitidi, atro-rubent. Fructus Piſi magnitudine, rubri.

MONOGYNIA.

TOMEX

Genus proximum Callicarpæ.

Cal. PErian. 1-phyll. 4-dent. ſubventric. urceolatum, dentibus patentibus.

Cor. Pet. 4. lineari-lanc. baſi erecta, limbo patente, cal. duplo longiore.

Nect. ſquamæ 4. erectæ, ſuborbicul. carnoſæ, retuſæ, extus unifulcatæ; ſingulæ inter petalum, & ſtam. triplo brevior. filamentis.

Stam. Filam. 4. erecta, ſubulata, baſi connata, in tubum quadrangul. quod Monadelphiæ proprium eſt. Anth. erectæ, lanceol. longitudine filament.

Piſt. Germ. ſuperum, cylindrico-ventricoſum. Styl. germine anguſtior, & triplo brevior. Stigma 2-lobum, & capitatum.

Peric. ovale, ſucco viſcido, violac. inſipido; edule.

Sem. unicum, ovatum, oblong. carnoſum.

glabra. T. fol. ovatis, glabris: ſtaminibus baſi connatis. *Forsk. Æg.*

In Arabia ♄.

Arbor maxima, ramis teretibus. Fol. oppoſita, petiol. verſus baſin craſſiora, ſæpe 2-pollic.

coriacea, acumin. plana, integerr. flavescent. Pedunc. ex ultimis axillis prodeuntes, conferti, brachiati, paniculati, nudi. Fl. spicati. Cal. viridi-albesc. Pet. alba. Fructus pollic. tuberculosus.

dubia. T. *Jacq. hort. tab.* 192.

In Africa ♄.

Arbuscula. Fol. inordinatim alterna, breviter petiol. oblon-acuta, utrimq: attenuata, subdenticul. firma, glabra, inodora, saporis subadstringent. Pedunc. 1-fl. Fl. parvi, inodori. Cor. minima, 4-dent. virid. Pet. subovat. obtusiss. plana. Fructus glaber.

An huius generis? idcirco dubia dicta fuit.

PETASIOIDES.

Cal. Per. 1-phyll. 4-part. lacin. subrot. obtusis, concavis, conniventibus, coloratis.

Cor. 1-pet. erecta, conica, longitudine calyc. margine 4-part. truncato, & connivente.

Stam. Filam. 4 breviss. erecta, longitudine tubi cor. cui inserta.

Anth. erectæ, acumin. 3-angul.

Pist. Germ. subrotun. intra calyc. corollamq. Styl. erectus, cylindrac. longitudine cor. Stigma simpl. obtusum.

Per. . . . . . .

Sem. . . . . . .

Laurifolium. P. *Jacq. Amer. pag.* 17.

Ad cacumina montium in Domingo ♄.

Arbuscula inelegans. Rami pauci, teretes. Fol. 5-pollic. alterna, petiol. ovat-oblong. obtusa, crassa, integerr. nitida, ad tactum pinguia, gracilia. Racemi compositi, thyrsiform. terminal. 2-pollic. Fl. multi, exigui. Cal. subrubens. Cor. alba.

CHOMELIA.

Cal. Per. parvum, 1-phyll. germini insidens. Tubus erectus, cylindrac. Limbus 4-fid. lacin. lanceol. acumin. planis, revolutis, tubo brevioribus.

Cor. 1-pet. Tubus cylindric. longissim. tenuis,

erectus. Limb. 4-fid. lacin. lanceol. planis, in acumen ſetaceum abeuntibus, patentiſſimis, tubo brevioribus.

Stam. Filam. 4. breviſſ. erecta, ſubulata, in ſuper. parte tubi cor.

Anth. magnæ, linear. incumbentes, longitud. tubi.

Piſt. Germ. parvum, oblong. 4-fid. inferum. Styl. filiform. longitud. ſtaminum. Stigm. 2-fid. lacin. oblong. craſſiuſc. patentibus.

Peric. Drupa oval. calyc. coronata.

Sem. Nux oblong. 4-ſulca, 4-locul. Nuclei ſolitar. teretes.

ſpinoſa, C. *Jacq. Amer. tab.* 13. *edit.* 2. *picta tab.* 17.

In Cartagenæ ſylvaticis ♄.

Arb. 12-ped. tota ramoſiſſ. & ſpinoſiſſ. Rami horizontal. glabri. Fol. in apice ramulorum conferta, oppoſita, in brevem petiolum attenuata, ſubpollic. ſubovat. acuta, integerr. nitida, per venas ſubrugoſa. Pedunc. axill. ſolitar. plerumq. 3-fl. Fl. ſeſquipollic. ſeſſil. tenues, interdiu inodori, nocte ſuaviſſimi. Cor. levi cum virore albeſcens. Drupæ cortex nigricat; pulpa mollis, & albida. Nux dura.

SIDEROXYLOIDES.

Cal. Perian. minimum, 1-phyll. acutum, 4-dent. germini inſidens.

Cor. 1-pet. Tubus longus, cylindr. incurvus, Limb. 4-fid. lacin. oblong. obtuſis, planis, reflexis, tubo duplo brevioribus.

Stam. Filam. 4-breviſſ. orta infra diviſuras limbi. Anth. erectæ, oblongæ.

Piſtil. Germ. ſubrot. inferum. Styl. filiform. longitudine tubi cor. Stigm. oblong. obtuſum, craſſiuſc.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

ferreum, S. *Jacq. Amer. tab.* 75. f. 9. *ed.* 2. *picta tab.* 259. f. 7. *Pluk. alm. tab.* 224. f. 2.

In Sylvis montoſis Martinicæ ♄.

Arbor procera, ramoſa. Fol. ſemiped. oppoſita, petiolat. ovat-lanc. acuta, integerr. nitida. Pedunc. axill. breviſſ. ſæpe 3-fl. Fl. parvi, extus roſei, intus candidi.

PETITIA.

Cal. Perian. 1-phyll. parvum, erect. 4-dent. inferum, perſiſt.
Cor. 1-pet. Tubus erect. cylindrac-longus. Limb. 4-fid. lacin. ovatis, acut. planis, reflexis.
Stam. Filam. 4. breviſſ. ſubulata, in ſuper. parte tubi. Anth. erectæ.
Piſt. Germ. parvum, ſubrot. Styl. erect. ſubulat. longitud. ſtaminum. Stigma ſimpl.
Peric. Drupa ſubrot.
Sem. Nux ovat. obtuſa 2-locul. Nuclei ſolitar. oblongi.

Domingenſis. P. *Jacq. Am. tab.* 182. f. 6. *ed.* 2. *picta tab.* 259. f. 5.
In Sylvaticis Domingo ♄.
Arbuſc. erecta. Rami iunior. 4-gon. ſulcati. Fol. ſemiped. oppoſita, petiolis ſuperne ad angul. obtuſum inflexis, ovat-oblon. acumin. integerr. glabra, ſubtus venoſa. Paniculæ axill. 3-pollic. Fl. plurimi, exigui, albi, ſæpe triandri; calyce, corollaq. 3-part.

PERAMA.

Cal. Perian. 4-phyll. laciniis ovat. acut. villoſis.
Cor. 1-pet. Tubus longus, receptac. piſtilli inſertus. Limb. 4-fid. lacin. ſubrotund.
Stam. Filam. 4. intra diviſuras cor. Anth. ſubrot. 2-locul.
Piſt. Germ. ovat. utrimq. ſulcatum. Styl. long. Stigm. acutum.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .

hirſuta. P. *Aubl. Guian. tab.* 18.
In Guianæ locis humidis ♄.
Planta herbacea, tota cooperta pilis rufeſcentibus. Caul. 1-2-ped. ramoſus. Fol. oppoſita, ſeſſil. ovata, nervis longitudinalibus. Fl. terminal. capitati. Receptacul. paleaceum, paleis fimbriatis intra ſingulos fl. Cor. lutea.

MONETIA.

Cal. Perian. 1-phyl. ventricos. obsolete semi-4-fid. nunc 2-3-fid. pubesc. lacin. lanceol. acutis, reflexis.

Cor. Pet. 4. receptac. inserta, linear. acuta, revoluta.

Stam. Filam. 4. erecta, receptac. inserta, fere longitud. cor. Anth. oblon. 2-locul. peltatæ, luteæ.

Pist. Germ. superum, sub 4-gon. Styl. crassiusc. conicus. Stigm. acutum.

Peric. Bacca? globosa, exsucca, calyculata; capitulo mammoso apici impositio; 2-locul. 3-lin. longa, & lata.

Sem. 2. adpressa, orbicular. compressa, intus plana, extus subconvexa.

Character essentialis.

Cal. 4-fid Pet. 4. Germ. superum. Bacca? 2-locul. Sem. solitaria.

barleroides, M. *Herit. Stirp. nov. tab.* 1.

Lycium Ind. &c. *Seb. thes.* 1. *tab.* 13. f. 1.

Synon. Barleriæ hystricis in Lin. ic. Seb. fl. viduata utrisq. convenit.

In India ♄. *Sonnerat.*

Frutex mediocris, aculeatus, habitu *Barleriæ hystricis*. Rad. cinerea, odore *Glycyrrhizæ*. Caul. erectus, rimosior, cinereus. Rami oppositi, diffusi, ramulosi. Turiones ramulis conformes, in solo natali pubescent. in hortis nudi. Acul. 4 verticillati, decussati, horizontal. axillar. e singula ala binati, subulati, pungent. apice sphacelati, longitudine dimidii fol. Fol. opposita, breviter petiol. patentia, ovat-lanceol. acumine spinoso, arguto, sphacelato, reflexo, 1-nervia, integra, persistent. 1. $\frac{1}{2}$ poll. long. 8. lin. lata. Fl. axillar. nonnihil conferti, ad apicem terni, quandoq. solitar. sessil. herbac. autumnal. 2. lineas lati. Bract. (seu nascentes aculei) opposita, 2-phyll. Petal. linear. revoluta. Fruct. globosus, exsuccus, calyculatus; capitul. mammoso apice impositio; 3. lin. longo, & lato.

Hospitatur in Tepidario.

MANABEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. villoſum, 4-dent. denticul. acutis.

Cor. 1-pet. tubuloſa: tubus calyce longior, receptaco piſtil. inſertus: limb. 4-fid.

Stam. Filam. 4. oblong. tubo inſerta, infra diviſuras.

Piſt. Germ. minim. ſubrot. Styl. longus, 2-part. Stigm. obtuſum.

Peric. Bacca ovata, calyc. obvoluta, 2-locul.

Sem. 1-2.

villoſa, M. fol. ovat. ſubtus incanis: fl. glomeratis, vireſcentibus. *Aubl. Guian. tab.* 23.

In Caïenna ♄.

Frutex 8-ped. Caul. pl. erecti, ramoſi 4-goni, incani. Fol. oppoſita, breviter petiol. inæqualia, uno ma: altero min. acuta, integerr. Fl. ſubaxill. corymboſi, corymb. oppoſitis, pedunc. comm. 3-part. Cor. ſubviridis. Bacca lutea.

arboreſcens. M. fol. ovatis, acumin. fl. glomeratis, albis. *Aubl. Guian. tab.* 24.

In Caïenna, & Guiana ♄.

Frutex 10-pedal. ſuperne ramoſus, ramis, & ramulis 4-gonis, nodoſis, ſparſis. Fol. oppoſita, petiol. integerr. glabra, ſupra viridia, ſubtus pallidiora. Fl. axill. corymb. oppoſitis, 3-part. Cor. alba. Drupa compreſſa, lutea.

lævis, M. fol. oblon-ovat. acuminat. *Aubl. Guian. tab.* 25.

In Guiana ♄.

Frutex 8-ped. Caul. pl. recti, ramoſi, 4-goni. Fol. oppoſita. Fl. ſubaxill. corymbis oppoſitis, pedicell. 3-part. Bract. 2. ad baſin ramorum. Fl. in capitulum collecti. Cor. flava, lacin. obtuſis.

TACHIA.

Cal. Perian. 1-phyll. oblong. tubulos. 5-dent. denticul. erect. acutis.

Cor. 1-pet. tubuloſa, receptac. piſtil. inſerta; fauce inflata: limb. 5-fid. lacin. ovat. acut. reflexis.

Stam. Filam. 4. infimæ parti cor. adfixa. Anth. oblong. 2-locul. extra tubum prominentes.

Pist. Germ. oblong. disco 5-glandulari ad basin circumdatum. Styl. longiss. Stigm. bilamellatum.

Peric. Capsul. oblong. calyce tecta, 2-locul.

Sem. numerosa, minutiss.

Guianensis. T. *Aubl. Guian tab.* 29.

In sylvis Sinemarienſibus ♄.

Frutex 5-6-ped. Rami plurimi, oppositi, sarmentosi, nodosi, 4-goni. Fol. opposita, amplexicaul. ovata, acuta, integerr. glabra. Fl. axill. utrinq. solitar. Cor. lutea.

Fagara pentandra non videtur pertinere ad hoc genus.

ROUPALA.

Cal. Perian. 0.

Cor. Pet. 4. oblong. obtusa basi angusta, subtus convexa, supra concava.

Stam. Filam. 4. breviss. versus medium petali inserta.

Anth. oblong. obtusæ, 2-locul. in cavitate petali reconditæ.

Pist. Germ. subrot. villosum. Styl. longus. Stigm. crassiusc. subovatum.

Peric. 1-locul.

Sem. 1.

montana. R. *Aubl. Guian. tab.* 32.

In Guiana ♄.

Frutex ramis 3-4-pollic. Fol. alterna, petiol. ovata, acuta, integerr. rigida, limbis sursum revolutis, quasi canaliculatis. Fl. axill. & terminal. spicati, bini, semper sessil. alterni. Pet. villosa, supra candicant. subtus lutea.

POUTERIA.

Cal. Per. 1-phyll. 4-part. lacin. ovat. acutis, non deciduis.

Cor. 1-pet. tubulosa. Tubus brevis, calyc. fundo insertus: limb. 4-dent. denticul. acutis, intra quos seta oblonga erigitur.

Stam. Filam. 4. tubo cor. ad basin inserta. Anth. oblong. 2-locul.

Pist.

Pist. Germ. superum, ovatum, villosum. Styl. 4-gon. Stigm. 4-cuspidat.

Peric. Caps. ovat. pilis brevibus, rigidis tecta, 4-locul. 4-valv. valvis intus purpurascent.

Sem. solitar. oblonga, extus convexa, intus angulata, membrana tenui, purpur. involuta.

Guianensis. P. *Aubl. Guian. tab.* 33.

In Sylvis sinemarienſibus ♄.

Arb. 40-ped. superne ramosa, ramis rectis, sparsis. Fol. congesta, alterna, longe petiolat. ovat-oblong. acuta, integerr. rigida, glabra. Fl. axill. & supra ramulos, binati, ternati, breviter peduncul. Cor. subvirid.

MACOUCOUA.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-part. lacin. brevibus, acutis.

Cor. 2-pet. receptac. pistilli inserta: tubus breviss. limb. 4-fid. lacin subrotun.

Stam. Filam. 4. intra divisuras cor.

Anth. subrot. 2-locul.

Pist. Germ. minimum, subrotun. Styl. nullus, Stigm. obtusum.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

Guianensis. M. *Aubl. Guian. tab.* 34.

In Caïenna, & Guiana ♄.

Arb. 30-40-ped. superne ramosa. Fl. axill. corymbosi, peduncul. Cor. alba.

VOTOMITA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.

Cor. Pet. 4. oblong. acuta, reclinata, disco inserta.

Stam. Filam. 4. breviss.

Anth. oblong. membrana tenui terminatæ, & in cylindrum tubulosum quasi connatæ, introrsum dehiscentes.

Pist. Germ. calyce inclusum, disco coronatum. Styl. longus, tubum, staminibus formatum, perforans. Stigm. 4. oblong. acuta.

Peric. Drupa infera, cal. adnata, & coronata, 1-locul.

Sem. 1. striatum.

Guianenſis, V. *Aubl. Guian. tab.* 35.
In Guiana ♄.
Frutex 5-6-ped. ſuperne ramoſus; ramis ſparſis, nodoſis; ramuſc. 4-angul. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. ovata, acuta, integerr. rigida, glabra. Stipula brevis, acuta, ad baſin petioli, decidua. Fl. axill. corymboſi. Corymb. oppoſiti, 3-4-fl. Cor. alba.

ROUHAMON.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-part. lacin. acutis; ſquamulis 2. ad baſin munitum.
Cor. 1-pet. tubuloſa. Tubus brevis, receptaculo piſtil. infertus: limbus 4-fid. laciniis acut. villoſis.
Stam. Filam. 4. tubo cor. inſerta.
Anth. oblong. 2-locul.
Piſt. Germ. ovatum. Styl. longitudine cor. Stigma obtuſum.
Peric. Capſul. orbicul. 1-locul.
Sem 2. ovata, hinc plana, inde convexa.

Guianenſe, R. *Aubl. Guian. tab.* 36.
Ad ripas fluvii Sinemarienſis ♄.
Frutex 7 8-ped. Rami longiſſ. ſupra arbores ſparſi. Fol. oppoſita, ſubſeſſil. ſubrotun-acuta, integerr. ſupra pallide virent. ſubtus ſubcinerea, trinervia. Fl. corymboſi: corymbi axill. oppoſiti, ſubſeſſil. Cor. alba. Capſ. flavescens. Quandoq. cirrhus axill. oblong. rectus, ad apicem incurvus, & incraſſatus.
Var. cirrhis orbata: *fol. glabrioribus*: *fl. & fructibus min.*

COUSSAREA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 5-dent.
Cor. 1-pet. Tubus brevis, diſco ſupra germen infertus: limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.
Stam. Filam. 4. tubo inſerta, infra diviſuras limbi.
Anth. oblong. 2-locul.
Piſt. Germ. ſubrotun. cal. adnatum, diſco coronatum. Styl. longus. Stigm. 4-5-cuſpidat.
Peric. Bacca ovat. umbilic. 1-locul.
Sem. 1. coriac. ſubrotund.

violacea. C. *Aubl. Guian. tab.* 38.
In Guiana ♄.
Frutex 8-ped. ramosus, ramis, & ramulis oppositis. Fol. ampla, oppolita, petiolat. ovata, acuta, integerr. glabra. Stipul. ad basin utrimq. petiol. latæ, acutæ. Fl. terminal. corymbosi, corymb. subsessilibus. Cor. alba. Bacca cortice extus violac. intus subcarnos. lutea.

EVEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. patens, 4-dent. denticul. minimis.
Cor. 1-pet. infundibulif. Tubus longus, disco supra germen insertus; limb. 4-fid. lacin. acutis.
Stam. Filam. 4. brevill. tubo ad basin inserta.
Anth. oblong. linear. 2-locul.
Pist. Germ. inferum, ovat. calycis fundo adnatum, disco coronatum. Styl. brevis. Stigma 2-lobum.
Peric. . . . . . .
Sem. . . . . . .
Fl. capitati. Invol. 4-phyll. foliol. 2. inferior. latioribus, oppositis, subrotun. acutis.

Guianensis. E. *Aubl. Guian. tab.* 39.
In Guiana ♄.
Frutex 6-8-ped. Rami oppositi, nodosi, 4-goni Fol. oppolita, petiolat. ovata, oblonga, integerr. rigida, glabra. Stipul. 2. utrimq. ad basin petioli, breves, acutæ. Capitula axillar. pedunculata. Receptacul. fl. paleaceum.

FAMAREA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.
Cor. 1-pet. tubulosa. Tubus disco supra germen insertus: limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.
Stam. Filam. 4. brevia, tubo versus basin inserta.
Anth. oblong. linear, 2-loc.
Pistil. Germ. calyci adnatum, inferum. Styl. longus. Stigma subrotun. 2-lob.
Peric. 2-locul.
Sem. . . . . . .

corymbosa. F. fol. ovat. acutis: pedunc. ternatis, corymbosis. *Aubl. Guian. tab.* 40. f. 1.
In Guiana ♄.

Frutex 7-8-ped. Rami ſparſi, oppoſiti. Fol. ſubſeſſil. integerr. glabra. Stipul. 2. utrimq. ad baſin petioli, acutæ. Fl. in 3. corymbos terminal., pedunculati: corymbi compreſſi, quaſi flabelli, 10-15-fl. Cor. alba.

ſeſſiliflora. F. fol. ovatis, acutis: fl. ſeſſilibus, terminatricibus. *Aubl. Guian. tab.* 40. f. 2.

Iiſdem in locis ♄.

Differt a priore fl. ſeſſilibus, corymb. 3-4-*fl. Cor. tubo longiore.*

MALANEA.

Cal. Perian. 1-phyll. 4-dent.

Cor. 1-pet. Tubus breviſſ. diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. acur. villoſis.

Stam. Filam. 4. tubo inſerta, intra diviſuras cor.

Anth. ſubrotun. 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrotun. calycis fundo adnatum, diſco coronatum. Styl. 2-fid. Stigm. obtuſum.

Peric. Bacca ovat. calyc. denticul. coronata, 1-locul.

Sem. Officul. 2-locul. Sem. 1. oblong. in quolibet loculo.

ſarmentoſa. M. *Aubl. Guian. tab.* 41.

Supra arbores in Guiana ♄.

Frutex 5-6-ped. Rami longiſſ. oppoſiti, ſupra proceras arbores expanſi. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, obtuſa, integerr. ſupra viridia, ſubtus tomentoſa, lanugine rufeſcente. Stipul. utrinq. ad baſin petiolor. oblong. acuta, villoſa, decidua. Fl. glomerulis oppoſitis in ſpicam digeſti; ſpicis oppoſitis, axillar. villoſis. Cal. tomentoſus. Cor. ſubcœrul. Bacca viridis.

TONTANEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.

Cor. 1-pet. infundibulif. Tubus longus, diſco ſupra ovarium inſertus. Limb. 4-fid. lacin. acutis.

Stam. Filam. 4. oblong. fauci cor. inſerta.

Anth. ſubrot. 2-locul.

Piſt. Germ. ſubrotun. fundo calyc. adnatum, diſco coronatum. Styl. longus, 2-part. Stigm. obtuſa.

Peric. Bacca ovata, calyc. denticul. coronata, 2-partibil. 2-locul.

Sem. plurima, ſubrotun. convexa, marginata, diſſepimento adfixa, nigricant.

Guianenſis. T. *Aubl. Guian. tab.* 42.

In ſylvis Caïennæ & Guianæ ♃.

Caules decumbent. radicant. carnoſi, ſemiped. erecti, tomentoſi. Fol. oppoſita, petiolat. ovata, carnoſa, integerr. ſubtoment. Stipul. utrimq. 2. ad baſin petioli. Fl. axill. capitati, longe peduncul. Capitula 3-5-fl. Cor. alba, vel cœrul. Bacca carnoſa, viſcoſa, cœrul.

PATABEA.

Cal. Perian. 1-phyll. turbinat. 4-dent. denticul. acut.

Cor. 1-pet. Tubus oblong. diſco ſupra germen infertus. Limb. 4-fid. lacin. oblong. acutis.

Stam. Filam. 4. brevia, tubo ad faucem inſerta.

Anth. oblong. 2-locul.

Piſt. Germ. inferum, calyc. fundo adnatum, diſco coronatum. Styl. oblong. 2-fid. Stigm. 2. obtuſa.

Peric. . . . . . .

Sem. . . . . . .

coccinea. P. *Aubl. Guian. tab.* 43.

In Guiana ♄.

Frutex 4-5-ped. ſuperne ramoſus. Fol. oppoſita, petiolat. ſubtus pallide virent. Stipul. utrimq. ad baſin petioli, oblong. acutæ. Fl. terminal. capitati. Capitulum ſquamoſum. Receptac. paleis oblong. acutis, intra ſingulos fl. Cor. rubra.

Embelia *Burmanni.*

De charactere huius generis eſſentiali nihil certi pronunciare audeo, non viſa ſpecie Burmanniana; fide autem König. binæ huius ſunt ſpec.

Ribes. E. fol. obovat. alternis. *Burm. Ind. tab.* 23. *In India*.

Groſſularia. E. fol. ovat-lanceol. oppoſitis: fl. tetrandris. *Retz. Obſ. faſc.* 4. *In Tranquebaria*.

Arb. ramis oppoſitis. Fol. petiolat. integerr. nervoſa, pallide virid. Racemi compoſiti, terminal. ramorum, e folior. axillis prodeunt. Fl. parvi, albeſcentes. Cal. inferus, cavus, 4-fid. laciniis rotundatis. Stam. 4. Piſtil. Stigm. capitatum. Stylus nullus, Germ. ſuperum, globoſum. Bacca.

Huius gen. videtur Ribeſioides Lin. *Fl. Zeyl. etſi pentandra ſit, & pentapetala*.

DIGYNIA.

PEGAMEA.

Cal. PErian. 1-phyll. turbinat. 4-dent.

Cor. 1-pet. Tubus brevis, diſco ſupra germen inſertus: limb. 4-fid. lacin. ſubrotun. villoſis.

Stam. Filam. 4. breviſſ. fauci tubi inſerta. Anth. ſubrot. 2-locul.

Piſt. Germ. fundo calyc. adnatum, ſubrot. diſco coronatum. Styli 2. Stigmata acuta.

Peric. Bacca calyc. fundo immerſa, 2-locul.

Sem. Officul. 2. hinc convexa, inde plana, 2-locul. unicum in quolibet loculo; quandoq. unum abortitur.

Guianenſis. P. *Aubl. Guian. tab.* 44. *In Guiana* ♄.

Frutex 7-8-ped. ramulis inclinatis. Fol. oppoſita, lanceol. integerr. glabra. Stipul. amplexic. 2-loba. Fl. axill. terminal. oppoſiti, ſeſſil. laxe ſpicati. Cor. alba. Bacca viridis.

CLASSIS V.

PENTANDRIA.

MONOGYNIA.

Fl. monopet. inferi, monoſpermi.

289. *Mirabilis.* CAl. inferus. Cor. infundibulif. ſupera. Nectar. globoſum, germen includens. Nucula infra corollam.

256. *Weigelia.* Cor. infundibulif. Styl. e baſi germinis. Stigm. peltat. Sem. 1.

258. *Plumbago.* Cal. 6-dent. Cor. infundibulif. 5-fid. Stam. ſquamis baſin cor. claudentibus, inſerta. Stigm. 5-fid. Sem. 1, oblong. tunicatum.

Fl. monopet. inferi, 2-ſpermi. Aſperifoliæ.

221. *Cerinthe.* Cor. limbus tubuloſo-ventricoſus, ore 5-dent. fauce nuda. Anth. pone hamulis cohærentes. Capſ. 2-locul. ex ſeminibus binis, oſſeis coalitis.

227. *Meſſerſchimidia.* Cor. infundibulif. fauce nuda. Bacca ſuberoſa, 2-partibilis; ſingulo 2-ſpermo.

Fl. monopet. inferi, 4-ſperm. Aſperifoliæ.

226. *Echium.* Cor. tubuloſo-campanifor. irregular. fauce nuda. Stam. inæqualia.

214. *Heliotropium.* Cor. hypocraterif. 5-fida, dentibus interiectis; centro fl. plicato, ſine glandulis.

219. *Pulmonaria.* Cal. priſmatico-5-gon. 5-dent. Cor. infundibulif. limbo 5-fid. concavo, lacin. rotundis, fauce pervia.

216. *Lithoſpermum.* Cal. 5-part. Cor. infundibulif. limbo 5-fid. fauce perforata, nuda. Sem. 4, dura. Differt a Myoſotide fauce pervia, & ſtigmatibus binis.

222. *Onoſma.* Cor. tubuloſo-ventricoſa, 5-fid. fauce pervia. Sem. 4, diſtincta.

220. *Symphytum.* Cor. tubuloſo-ventricoſa, limb. 5-fid. ſegmentis erectis; fauce clauſa radiis ſubulatis.

223. *Borago.* Cor. rotata, 5-part. ſegment. cuſpidatis; fauce rad. clauſa duorum ordinum. Filam. breviſſi-

ma, fulcro ad basin adfixa. Anth. oblong. acutæ, conniventes.

225. *Lycopsis*. Cor. infundibulif. tubo incurvo; limbo 5-fid. fauce fornicata.

224. *Asperugo*. Cal. 5-fid. post efflorescentiam compressus, forma 2-valv. Cor. infundibulif. tubo recto, brevissimo; limbo semi-5-fid. squamulæ 5. in fauce positæ.

218. *Cynoglossum*. Cor. infundibulif. tubo brevi, segment. orbicular. fauce clausa fornicibus. Sem. 4, depressa, interiore tantum latere stylo adfixa.

217. *Anchusa*. Cor. infundibulif. tubo longo, recto, limbi segment. orbicularibus: fauce clausa 5 squamul.

215. *Myosotis*. Cor. hypocraterif. 5-fid. emarginata: faux glandulosa, interiectis plicis albidis.

Fl. monopet. inferi, 5-sperm.

229. *Nolana*. Cor. monopet. campanulata. Styl. inter germina. Sem. 5, baccata, 2-4-locul.

Fl. monopet. inferi, angiospermi.

290. *Coris*. Cal. 10-dent. Cor. fabringens, 5-fid. Stigm. capitatum. Capf. 5-valv. 1-locul.

241. *Hydrophyllum*. Cor. campanul. intus striis 5, melliferis, longitudinalibus exarata. Stigm. 2-fid. Capf. globosa, 2-valv. 1-locul.

329. *Galax*. Cal. 10-phyll. Cor. hypocraterif. Stigm. subrotun. Capf. 2-valv. 1-locul. elastica.

234. *Cortusa*. Cal. 5-fid. Cor. rotata, semi-5-fid. fauce anulo elevato. Capf. ovalis, 1-locul. apice 5-valv.

244. *Anagallis*. Cal. profunde 5-fid. Cor. rotata, 5-fid. Capf. circumscissa, 1-locul.

243. *Lysimachia*. Cal. 5-fid. Cor. rotata, 5-part. Stigm. obtusum. Capf. globosa, mucronata, 5-10-valv. 1-locul.

237. *Cyclamen*. Cor. rotata, 5-part. reflexa, fauce prominente. Stigm. acutum. Capf. globosa, pulposa, 5-valv. 1-locul. polysperm.

236. *Dodecatheon*. Cor. rotata, reflexa. Stam. tubo infidentia. Stigm. obtusum. Capf. oblong. 1-locul.

235. *Soldanella*. Cal. 5-fid. Cor. campanulata, lacero-multifida. Stigm. simpl. Capf. cylindracea, 1-locul. apice multident.

233. *Primula*. Involuc. umbellæ. Cal. 5-fid. Cor. infundibulif. ore patulo, fauce pervia. Stigm. globosum. Capf. 1-locul. 5-10-valv.

232. *Androsace*. Involuc. umbellæ. Cor. hypocraterif. tubo brevi, ventricoso, ore 5-fid. glandulosa; fauce co-

arctata. Capſ. globoſa, 1-locul. 5-valv. polyſperm.

231. *Aretia*. Cor. hypocraterif. tubo ovato, limbo 5-fid. Stigm. depreſſo-capitatum. Capſ. globoſa, 1-locul. ſub 5-ſperm.

240. *Hottonia*. Cal. 5-fid. Cor. hypocraterif. tubo infra ſtam. limbo 5-fid. plano, plicis binis ad baſin ſinguli ſegmenti. Stigm. globoſum. Capſ. acumin. 1-locul.

238. *Menyanthes*. Cal. 5-fid. Cor. campanul. ſemi-5-fid. laciniis ciliatis. Stigm. 2-fid. Capſ. oblonga, 1-locul. 2-valv. polyſperm.

239. *Doræna*. Cor. 5-fid. Stigm. emarginatum. Capſ. 1-locul.

361. *Allamanda*. Contorta. Capſ. lentiform. echinata, erecta, 2-valv. valvulis cymbiformibus polyſper. Sem. imbricata.

245. *Theophraſta*. Cor. campanulata, laciniis, & diviſuris obtuſis. Stigm. acutum. Capſ. maxima, globoſa, 1-locul. polyſper.

253. *Shesfeldia*. Cor. campanulata. Filam. 10, alterna ſterilia. Capſ. 1-locul. 5-valv.

246. *Retzia*. Cor. cylindrica, extus villoſa. Stigm. 2-fid. Capſ. 2-locul.

247. *Spigelia*. Cor. infundibulif. Stigma ſimplex. Capſ. globoſa, didyma, 2-locul. polyſper.

248. *Ophiorrhiza*. Cor. infundibulif. Stigma 2-fid. Capſ. 2-loba, 2-locul.

261. *Convolvulus*. Cor. campanulata, plicata. Stigm. 2-fid. Capſ. 2-locul. loculis 2-ſperm.

250. *Liſianthus*. Cor. infundibulif. tubo ventricoſo, laciniis recurvatis. Cal. carinatus. Stigm. 2-lamellatum. Styl. perſiſtens. Capſ. oblonga, 2-locul. 2-valv. valvularum marginibus intortis, polyſperma.

308. *Patagonula*. Cal. fructiferus maximus. Cor. rotata. Stylus dichotomus, declinatus. Capſ. 2-locul.

293. *Datura*. Cal. tubuloſo-angulatus, deciduus. Cor. infundibulif. 5-angulato-plicata. Capſ. 4-valv. 2-locul. polyſper. plerumq. echinata.

294. *Hyoſcyamus*. Cor. infundibulif. inæqual. obtuſa, 5-fid. Stam. declinata. Stigm. capitatum. Capſ. operculata, 2-locul.

295. *Nicotiana*. Cor. infundibulif. limbo plicato. Stam. inclinata. Stigm. emarginatum. Capſ. 2-valv. 2-locul.

292. *Verbaſcum*. Cor. rotata, ſubinæqualis, limbo 5-fid. Stam.

inæqual. declinata. Stigm. obtusum. Capſ. 2-valv. 2-locul.

306. *Chironia*. Cor. rotata. Stam. tubo cor. insidentia. Anth. defloratæ spirales. Capſ. 2-locul.

230. *Diapensia*. Cal. 8-phyll. imbricatus. Cor. hypocraterif. Capſ. 3-locul.

259. *Phlox*. Cal. prismaticus. Cor. hypocraterif. tubo curvo. Stam. inæqual. Stigm. 3-fid. Capſ. 3-locul. 1-sperm.

263. *Polemonium*. Cor. 5-part. fundo clauso valvis staminiferis. Stigm. 3-fid. Capſ. ovata, 3-locul. supera.

262. *Ipomea*. Cor. infundibulif. Stigm. capitato-globosum. Capſ. 3-locul.

291. *Broſſæa*. Cal. carnosus. Cor. truncata. Capſ. 5-locul. polysperm.

254. *Azalea*. Cal. campanif. 5-fid. repandus. Cor. campanulata. Stam. receptac. inserta. Stigm. obtusum. Capſ. 5-valv. 5-locul. subrotunda. Staminum num. differt ab Erica, & Andromeda.

255. *Epacris*. Cor. infundibulif. villosa. Squamæ nectariferæ germini adnatæ (in quo essentia generis). Capſ. 5-valv. 5-locul.

368. *Ceropegia*. Contorta. Cor. limbus connivens. Folliculi 2, erecti. Sem. plumosa.

363. *Nerium*. Contorta. Cal. parvus, 5-fid. Cor. tubus terminatus corona lacera villosa; laciniis magnis, profundis. Folliculi 2, erecti. Sem. plumosa.

364. *Echites*. Contorta. Cor. infundibulif. fauce nuda. Folliculi 2, erecti. Sem. papposa.

269. *Pergularia*. Contorta. Cor. hypocraterif. Nectar. ambiens genitalia cuspidibus 5. sagittatis. Folliculi 2.

365. *Plumeria*. Contorta. Cor. infundibulif. Follic. 2, reflexi. Sem. alata, membranæ propriæ inserta.

366. *Camaria*. Contorta. Cor. hypocraterif. Follicul. 2, horizontales, lobati. Sem. alata.

367. *Tabernæmontana*. Contorta. Cor. hypocraterif. Follic. 2, pulposi. Sem. nuda.

362. *Vinca*. Contorta. Cor. hypocraterif. 5-fid. lacin. extrorsum latioribus. Follic. 2, erecti. Sem. nuda, remota.

302. *Ignatia*. Cal. 5-dent. Cor. infundibulif. longissima. Drupa 1-locul. polysper.

358. *Cariſſa*. Contorta. Baccæ 2, polysperm.

305. *Jacquinia*. Cor. 10-fida. Stam. receptac. inserta. Bacca 1-sperm.

311. *Laugieria*. Cor. 5-fid. Stigm. capitatum. Drupa nucleo 5-locul.

357. *Paderia*. Contorta. Styl. 2-fid. Bacca inflata, fragilis, 2-ſperm.

310. *Varronia*. Cor. 5-fid. Stigm. 4-dup'ex. Nux 4-locul.

307. *Cordia*. Cal. baccæ accretus. Cor. infundibulif. Styl. dichotomus. Drupa nucleis 2-locul.

309. *Ehretia*. Stigm. emarginatum. Drupa 4-ſperm. Nux 2-locul.

228. *Tournefortia*. Bacca 2-locul. 2-ſperma, ſupera, apice 2 poris perforata.

356. *Rauwolfia*. Contorta. Bacca ſucculenta, 2-ſperm. Sem. cordata.

359. *Cerbera*. Contorta. Drupa 1-ſperm. Nux compreſſa, retuſa.

418. *Arduinia*. Cor. monopet. curvata. Stigm. 2-fid. Bacca 2-locul. 2-ſper. Sem. oblong.

320. *Myrſine*. Cor. ſemi-5-fid. connivens. Stigm. villoſum. Germ. corollam replens. Bacca nudeo 5-locul. Eſſentia generis ſita eſt in ſtigmate maximo, fimbriato-plumoſo, extra fl. exporrecto.

321. *Bladhia*. Cor. rotata, decidua. Bacca 1-ſper. Sem. arillatum.

303. *Ceſtrum*. Cor. infundibulif. Stam. denticulo in medio notata. Bacca 1-locul. polyſper. Differt a Lycio bacca 1-locul.

312. *Brunsfelſia*. Cor. infundibulif. longiſſima. Bacca 1-locul. polyſper.

251. *Randia*. Cal. 1-phyll. truncatus. Cor. hypocraterif. Bacca 1-locul. cortice capſulari.

252. *Fagræa*. Cal. campanulat. Cor. infundibulif. Stigm. peltatum. Bacca carnoſa, 2-locul. Sem. globoſa.

300. *Strychnos*. Cor. 5-fid. Stigm. capitatum. Bacca cortice lignoſo, 1-locul.

299. *Capſicum*. Cor. rotata. Anth. conniventes. Bacca exſucca, 2-locul.

298. *Solanum*. Cor. rotata. Anth. ſubcoalitæ, apice biperforatæ. Bacca 2-locul. calyce patulo tecta.

297. *Phyſalis*. Cor. rotata. Anth. adproximatæ. Bacca 2-locul. intra calyc. inflatum clauſa.

296. *Atropa*. Cor. campanul. Stam. diſtantia, incurva. Bacca globoſa, 2-locul.

242. *Elliſia*. Cor. infundibulif. anguſta. Bacca ſubrotunda, exſucca, 2-locul. 2-valv. Sem. 2, punctata, altero ſupra alterum.

304. *Lycium*. Cal. 5-dent. Cor. tubulosa, fauce clausa filamentorum villo. Bacca 2-locul. polyspermi.

206. *Menais*. Cal. 3-phyll. Cor. hypocraterif. Stigm. 2. Bacca 4-locul. 4-sperm.

314. *Sideroxylon*. Cor. 8-10-fid. laciniis interioribus incurvis. Stigm. simpl. Bacca 4-5-sper.

313. *Chrysophyllum*. Cor. campanul. 10-fid. lacin. exterioribus patentissimis. Bacca 10-sper.

* *Achras*.

Fl. monopet. superi.

268. *Samolus*. Cal. 5-fid. Cor. hypocraterif. 5-fid. Stam. munita squamulis cor. Stigm. capitatum. Caps. 1-locul. infera, 5-valv. polyspermi.

272. *Bellonia*. Cor. rotata. Stigm. acutum. Caps. infera, 1-locul. polysper: umbilico rostrato.

249. *Vireda*. Cal. 5-phyll. dentibus interiectis. Cor. infundibulif. Stigm. 2-part. Caps. 1-locul.

271. *Macrocnemun*. Cor. campanul. Stigm. 2-lob. Caps. infera, turbinata, 2-locul. Sem. imbricata.

270. *Rondeletia*. Cor. infundibulif. Stigm. obtusum. Caps. infera, subglobosa, coronata, 3-locul. polysper.

275. *Cinchona*. Cor. infundibulif. apice lanata. Stigm. simpl. Caps. infera, 2-locul: dissepimento paralello. Sem. imbricata.

273. *Portlandia*. Cor. ventricosa. Anth. longitudinal. Stigm. simplex. Caps. 5-gona, retusa, 2-locul. polysper. coronata calyc. 5-phyll. Sem. imbricata.

265. *Roëlla*. Cor. infundibulif. fundo clauso valvulis staminiferis. Stigm. 2-fid. Caps. cylindrica, 2-3-locul. coronata, infera.

266. *Phyteuma*. Cor. tubuloso-corniculata, 5-fid. lacin. linearibus, basi coalitis. Stigm. 2-3-fid. Caps. infera, 2-3-locul. Sem. exigua. Fl. in capitulum, aut spicam collecti.

264. *Campanula*. Cal. 5-fid. Cor. sæpius campanul. 5-fid. fundo clauso valvulis staminiferis. Stigm. 3-fid. Caps. infera, poris lateralibus, dehiscens.

274. *Scævola*. Cor. monopet. irregularis, tubo longitudinaliter fisso; limbo 5-fid. laterali, flabellifor. Drupa infera, 1-sper. Nux 2-locul.

267. *Trachelium*. Cor. infundibulif. Stigma capitatum. Caps. infera, 3-locul. perforata.

288. *Matthiola.* Cor. infundibulif. longiff. indiviſa, ſupera. Cal. integer. Stigm. obtuſ. Drupa nucleo globoſo.

282. *Morinda.* Fl. adgregati, infundibulif. Stigm. 2-fid. Drupæ adgregatæ, 1-ſper.

276. *Pſycothria.* Cal. 5-dent. coronatus. Cor. infundibulif. Stigm. emarginatum. Bacca globoſa. Sem. 2. hemiſphærica, ſulcata.

277. *Coffea.* Cor. hypocraterif. Stam. ſupra tubum. Stigm. 2-part. Bacca infera. Sem. arillat.

278. *Chiococca.* Cor. infundibulif. Stigm. ſimpl. Bacca infera, 1-locul. 2-ſperm.

360. *Gardenia.* Contorta. Cor. monopet. Anth. tubo cor. abſque filamentis, inſertæ. Bacca infera, 2-4-locul. polyſper.

301. *Genipa.* Cor. rotata. Stigm. clavatum. Bacca ſubrotun. 2-locul. Sem. nidulantia, cordata.

280. *Lonicera.* Cal. 5-dent. Cor. monopet. irregul. varia; tubuloſa, vel campanul. limbo 5-fid. lab. ſuper. 2-4-fid: infer. 3-fid. vel integro. Bacca infera, ſubrotund. 2-loc. polyſper.

281. *Trioſteum.* Cal. longitudine cor. Cor. monopet. ſubæqualis. Bacca infera, coriacea, 3-locul. 3-ſper.

287. *Muſſænda.* Cor. infundibulif. Stigm. 2, craſſiuſcula. Bacca infera, oblonga, 4-locul.

279. *Hamellia.* Cor. tubo longo, limbo 5-fid. Stigm. linear. Bacca infera, 5-locul. polyſper.

285. *Erithalis.* Cal. urceolat. Cor. rotata, 5-raro 6-part. lacin. linearibus, recurvis. Stigm. acutum. Bacca infera, ſubgloboſa, 10-loc.

* *Rubia.*

* *Crucianella.*

* *Prinos.*

Fl. pentapet. inferi.

337. *Hirtella.* Petal. 5. Filam. longiſſima, ſpiralia, perſiſtentia. Styl. lateralis. Bacca 1-ſperm.

315. *Rhamnus.* Cal. tubuloſus, 4-fid. intus coloratus, ſquamis ſtam. munientibus. Petal. 4-5. Bacca rotund. 2-3-locul. Dantur etiam fl. ſexu diſtincti.

317. *Ceanothus.* Cal. tubuloſus. Petal. 5, fornicata, ſaccata. Bacca ſicca, 3-locul. 3-ſper.

322. *Celaſtrus.* Cal. planus. Cor. 5-pet. patens. Capſ. 3-gon. 3-locul. Sem. arillata.

323. *Evonymus.* Cal. patens. Cor. 5-pet. Capſ. ovata, 5-gon. 5-locul. 5-valv. colorata. Sem. baccato-arillata.

341. *Aquilicia. Eſt Leea æquata.*

343. *Vitis.* Cal. 5-dent. Petal. ſæpe emarcido-connata. Styl. nullus. Bacca ſupera, 4-5-ſper. Fl. racemoſi.

331. *Elæodendrum.* Cor. 5-pet. Drupa ovata, nuce 2-locul.

334. *Corynocarpus.* Nectar. 5, petaliform. cum petalis alternantia, baſi glandulifera. Nux clavata.

336. *Mangifera.* Petal. 5, lanceol. Drupa reniform. Nucleus laninoſus.

330. *Cedrela.* Cal. marceſcens. Cor. 5-pet. infundibulif. baſi receptac. adnata. Capſ. lignoſa, 5-valv. 5-locul. baſi dehiſcens. Sem. deorſum imbric. alata.

332. *Calodendrum.* Petal. 5, explicata. Nectar. 5 phyll. Capſ. 5-locul.

319. *Bilttneria.* Petal. 5, auriculata. Stam. apice petalis connata. Capſ. 5-cocca, muricata.

324. *Dioſma.* Cor. 5-pet. Nect. 5, ſupra germen. Capſ. 3-5. coalitæ. Sem. arillata.

325. *Hovenia.* Petal. 5, convoluta. Stigm. 3-fid. Capſ. 3-valv. 3-locul.

348. *Claytonia.* Cal. 2-valv. Cor. 5-pet. Stigm. 3 fid. Capſ. 1-locul.

345. *Roridula.* Cal. 5-phyll. Cor. 5-petal. Anth. baſi ſcrotiform. Capſ. 3-valv. 1-locul.

328. *Itea.* Petal. longa, calyci inſerta. Stigm. obtuſum. Capſ. 2-valv. 1-locul.

346. *Sauvagesia.* Cal. 5-phyll. Cor. 5-pet. fimbriata. Nectar. 5-phyll. cum petalis alternans. Capſ. 1-locul.

347. *Caroxylon.* Cor. 5-pet. Nectar. 5-phyll. connivens, cor. inſertum. Sem. tunicata.

326. *Brunia.* Fl. adgregati. Receptac. comm. villoſum. Stam. unguibus petalor. inſerta. Stigm. 2-fid. Sem. 1, villoſum.

284. *Kuhnia.* Flos compoſitus, floſculoſus. Receptac. comm. nudum. Sem. 1, pappoſum.

269. *Nauclea.* Cor. infundibulif. Receptac. comm. globoſum, nudum. Sem. 1, 2-locul.

* *Cæſalpinia pentandra.* * *Bombax pentandrum.*

* *Caſſia nichtitans*. * *Violæ*.

Fl. pentapet. ſuperi.

339. *Ribes*. Petal. 5., & Stam. calyc. 5-fid. inſerta. Styl. 2-fid. Bacca infera, globoſa, umbilicata, polyſperm.

333. *Eſcallonia*. Petal. 5, diſtantia, lingulata. Stigm. capitatum. Bacca 2-locul. polyſper.

342. *Hedera*. Petal. 5, oblong. patentia, apice non coalita. Stigm. ſimpl. Blacca globoſa, 5-ſperm. calyce cincta. Fl. in umbella ſimplici. Frutex volubilis.

338. *Plectronia*. Pet. 5, calycis fauci inſerta. Anth. incluſæ, geminatæ. Bacca infera, 2-ſperm.

316. *Phylica*. Cal. turbinat. 5-part. Cor. 0. Squamæ 5. ſtam. munientes. Capſ. infera, 3-cocca. Fl. plurimi in diſcum, vel capitulum collecti.

340. *Gronovia*. Cal. coloratus. Pet. minuta, cum ſtaminibus calyc. inciſuris inſerta. Capſ. infera, colorata, 1-ſperm.

349. *Heliconia*. Spathæ utræque. Cal. 0. Cor. 3-pet. irregular. Nectar. 2-phyll. Capſ. 3-cocca.

327. *Cyrilla*. Pet. acuta, receptac. inſerta. Styl. 2-fid. perſiſtens. Capſ. 2-locul. polyſper.

335. *Argophyllum*. Pet. 5. Nectar. pyramidale, 5-angul. longitudine cor. Caſp. 3-locul.

344. *Lagœcia*. Involucra utraque. Petal. bicornia. Sem. 2., nuda.

283. *Conocarpus*. Cal. campanul. Pet. 5. conniventia, aut nulla. Sem. 1. inferum, nudum. Fl. adregati, excepta C. *racemoſa*.

Fl. incompleti, inferi.

350. *Achyranthes*. Cal. exter. 3-phyll. Cor. 0. Stigm. 2-fid. Sem. 1. oblong.

351. *Celoſia*. Cal. exter. 3-phyll. coloratus. Stam. baſi nectario plicato coniuncta. Capſ. horizontaliter dehiſcens, 3-ſper.

352. *Chenolea*. Cal. globoſus, 1-phyll. 5-fid. Capſ. 1-valv. 1-ſperm.

353. *Illecebrum*. Cal. cartilagineus, 5-phyll. Cor. 0. Stigm. ſimpl. Capſ. 5-valv. 1-ſper.

354. *Glaux*. Cal. campanul. 5-fid. coloratus. Capſ. 5-valv. 5-ſperm.

* *Polygonum amphibium: Lapathifolium*.

* *Caratonia.*

Fl. incompleti, ſuperi.

355. *Theſium.* Sem. 1. calyci adnaſcitur itaut ſegmenta cal. ex ſummo ſemine naſci videantur. Segmenta cal. triangularia, 5-4, intus colorata. Stam. tot, quot ſegmenta fl. Tuba ſimpl. apice globoſo.

* *Loranthus. Trianthema monogyna.*

DIGYNIA.

Fl. monopet. inferi.

375. *Stapelia.* Contorta. Cor. rotata. Nectar. duplici ſtellula tegente genitalia. Planta carnoſa, ſuccoſa. Follic. 2.

372. *Cynanchum.* Contorta. Differt ab Aſclepiade nectario cylindrico, 5-dent.

371. *Periploca.* Cor. rotata. Nectar. 5, filiformia. Follic. 2.

373. *Apocynum.* Cor. campanul. ſemi 5-fid. Nect. glanduloſa, 5, ſetis 5. Follic. 2.

374. *Aſclepias.* Contorta. Cor. plana, vel reflexa, 5-fid. Nectar. 5, auriformia, unguicular. Follic. 2. Sem. pappoſa.

270. *Melodinus.* Contorta. Faux cor. coronata. (Nectar. in medio tubi ſtellatum). Bacca 2-locul. polyſper.

392. *Swertia.* Cor. rotata. Pori 5, nectariferi ad baſin cor. Capſ. 2-valv. 1-locul.

393. *Gentiana.* Cor. monoper. varia. Capſ. oblong. conica, 2-valv. 1-locul. receptacul. 2, longitudinalibus.

382. *Creſſa.* Cal. 5-phyll. Cor. hypocraterif. 5-fid. limbo reflexo. Filam. tubo inſidentia. Capſ. 2-valv. 1-ſper.

388. *Hydrolea.* Cal. 5-phyll. Cor. rotata. Filam. baſi cordata. Capſ. 2-valv. 2-locul.

260. *Porana.* Cal. 5-fid. in fructu maior. Cor. campanul. Styl. elongatus, ſemibifid. perſiſtens. Stigm. globoſa. Fruct. 2-valv.

389. *Schrebera.* Cal. 5-part. Cor. infundibulif. Filam. in fauce cor. ſquamis totidem baſeos.

383. *Steris.* Cal. 5-part. Cor. rotata. Bacca 1-locul. polyſper.

Fl. pentapet. ſuperi.

395. *Ruſſelia.* Cal. 5-phyll. Petal. 5, ſupera. Capſ. 1-locul. polyſper.

Fl. pentapet. inferi.

391. *Veleziа.* Cal. filiform. cylindric. 5-dent. Cor. 5-pet. parva.

va. Stam. etiam 6. Capſ. cylindrica, 1-locul. polyſper. Sem. ſerie ſimpl.

376. *Linconia*. Cal. 4-phyll. Pet. 5, foveolæ nectar. baſi inſculpta. Capſ. ſeminifera, 2-locul.

387. *Nama*. Cal. 5-phyll. Cor. 5-part. minor. Capſ. 2-valv. 1-locul.

390. *Heuchera*. Cor. 5-pet. calyci inſerta. Capſ. 2-roſtris, 2-locul.

396. *Bumalda*. Cor. 5-pet. Styli villoſi. Capſ. 2-roſtris, 2-locul.

381. *Anabaſis*. Cal. 3-phyll. Cor. 5-pet. minima. Bacca 1-ſperm. calyce cincta.

* *Staphylæa pinnata*.

Fl. incompleti.

380. *Salſola*. Cal. 5-phyll. ſubcoloratus. Cor. 0. Capſ. globoſa, 1-ſperm. Sem. 1. cochleatum.

378. *Chenopodium*. Cal. 5-phyll. 5-gon. Cor. 0. Sem. 1, lenticulare, ſuperum, calyc. ſicco involutum. Fl. glomerato-racemoſi.

379. *Beta*. Cal. 5-phyll. baſi ſemen fovens. Cor. 0. Sem. 1, reniform.

377. *Herniaria*. Cal. 5-part. Cor. 0. Filam. 5, ſterilia. Tuba 2-fid. Capſ. 1-ſper. Sem. ovatum.

384. *Comphrena*. Cal. coloratus, exterior 3-phyll. compreſſus. Pet. 5, rudia, villoſa. Nectar. cylindric. 5-dent. Styl. ſemi 2-fid. Capſ. circumſciſſa, 1-ſper.

385. *Boſea*. Ad polygamas eſt relata.

386. *Ulmus*. Cal. monophyll. 5-fid. emarcidus. Bacca ovalis, compreſſo-membranac. exſucca. Sem. 1.

* *Rhamnus Ziziphus*.

* *Polygonum Virginicum*.

* *Trianthema pentandra*.

Fl. pentapet. ſuperi, diſpermi.

UMBELLATÆ.

Involucro utroque.

394. *Vahlia*. *Ad Ruſſelliam eſt relata*.

397. *Phyllis*. Fructificationes ſparſæ. Stigmata hiſpida.

404. *Coproſma*. Flos hermaphroditus. Cal. 5-part. Cor. 5-7-fid. Stam. 5 ad 7. Styl. 2, longi. Bacca 2-ſper. Sem. planiuſcula. Fl. fem. & maſcul. ut in hermaphr.

398. *Eryngium*. Fl. capitati. Cal. comm. 5-phyll. foliol. longiſſimis, acutis, rigidis. Petal. introrſum flexa. Thalam. paleaceus. Sem. 2, latere plano contigua.

399. *Hydrocotile*. Umbella parva, ſimpl. irregular. Involuc. 4-phyll. Pet. integra. Sem. ſemi-orbiculato-compreſſa.

400. *Sanicula*. Umbella ſubcapitata, conferta. Involuc. univerſale fere 5-phyll. 3-lobat. aut certe dentatum. Partiale ex 5 foliol. lanceolat. Sem. oblong. muricata, cal. proprio coronata.

401. *Aſtrantia*. Involuc. univerſale magnum, polyphyll. coloratum. Cal. 5-dent. perſiſtens. Fl. maſculi, & hermaphroditi. Sem. non alata, 5-coſtata, ſed membrana tranſverſim plicata tecta. Sem. ſi hæc membrana, quæ facile ſeparabilis eſt, exuantur, ad Liguſtici ſem. accedunt.

421. *Heracleum*. Involuc. caducum. Cor. radiata, inflexo-emarginata. Fruct. ellipticus, compreſſus, ſtriatus, vix emarginatus, membranaceus.

428. *Œnanthe*. Involuc. ſimpl. Fl. radiati, diſco ſterili. Pet. inæqual. Fruct. ovatus, cal. inſigni, 5-dent. coronatus. Sem. ovatum, non acuminatum, ſtriatum, intus planum.

403. *Echinophora*. Involuc. univerſale paucorum fol. partiale 1-phyll. multifid. Fl. radiati, petal. inæqualibus. Sem. ſeſſil. coronata involuc. indurato.

407. *Caucalis*. Involuc. ſimpl. Cor. radiatæ, diſci maſculæ. Pet. inflexo-emarginata. Fructus muricatus.

408. *Artedia*. Involuc. pinnatifida? Fl. radiati, diſci maſculi. Sem. margine crenis foliaceis.

409. *Daucus*. Involuc. univerſale fol. profunde pinnatifidis. Umbella in ſenio connivens, concava. Cor. ſubradiatæ, omnes hermaphrod. Fruct. pilis hiſpidus. Sem. ovalia, coſtata, aut ſtriata.

406. *Tordylium*. Involuc. ſimpl. Cor. radiatæ, omnes hermaphroditæ. Fruct. ſuborbiculat. margine crenatus.

420. *Laſerpitium*. Fl. floſculoſi, abortivi. Pet. inflexo-emarginata, patentia. Sem. plerumque 4-alata.

416. *Peucedanum*. Involuc. ſimpl. breviſſima. Fl. floſculoſi, abortivi. Fructus ovatus, utrimque ſtriatus, ala cinctus non pellucida.

410. *Ammi*. Involuc. pinnatifida. Cor. radiatæ, omnes hermaphroditæ. Fruct. exiguus, ſubrotund. lævis. Sem. intus planum, dorſo tenuius ſtriato.

405. *Haſſelquiſtia*. Pet. cordata. Fl. laterales maſculi, centrali hermaphrodito. Sem. ambitus geminata, margine crenata, ovalia, plana, medio convexa; diſci ſolitar. urceolata, hemiſphærica.

412. *Conium*. Involuc. dimidiata, ſub 3-phyll. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſubglobоſus, 5-ſtriatus, utrimque crenatus.

411. *Bunium*. Umbella conferta. Involucc. ſetacea. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata, reflexa. Fruct. ovali-longior, fere cylindric. Sem. ſubtiliter ſtriata. Rad. carnoſo-tuberoſa.

414. *Athamanta*. Pet. inflexa, emarginata. Fl. floſculoſi, fertiles. Fruct. ovat-oblong. ſtriatus. *Plures ſpec. ſpectant ad Selini genus*.

402. *Bupleurum*. Involucra umbellul. maiora (ſi adſint) 5-phyll. Fl. floſculoſi, flavi. Petal. involuta. Sem. in variis ſpeciebus varia, oblonga, ovat. ovat-acumin. coſtata, aut ſimpliciter ſtriata. Fol. in noſtris, ſimplic. integerr.

424. *Sium*. Involuc. polyphyll. Fl. floſculoſi, fertiles. Petal. cordata. Fruct. oblong-ovat. Sem. ovata, leviter ſtriata, intus plana, calyce minimo coronata.

413. *Selinum*. Involuc. reflexum. Fl. floſculoſi. Pet. cordata. Fruct. ovali-oblong. compreſſo-planus, in medio ſtriatus, ſtriis eminentibus, & ſubalatis, margine alato, ala magna, membranac.

427. *Cuminum*. Umbella 4-fid. involuc. longiſſim. ſetaceis. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata. Fruct. ovatus, ſtriatus.

419. *Ferula*. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. cordata. Fruct. magnus, ovalis, compreſſo-planus, 5-ſtriat. cinctus ala magna, ſolida, non membranacea.

417. *Crithmum*. Involuc. horizontalia. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Sem. ovale, intus planum, tota ſuperficie cohærens; dorſo 3 obſcuris coſtis percurſo.

426. *Bubon*. Involuc. 5-phylla. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Fruct. ovatus, ſtriatus, villoſus.

418. *Cachrys*. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. planiuſcula. Fruct. magnus, ſubovatus, angulatus, cortice ſuberoſo.

422. *Liguſticum*. Involuc. membranacea. Fl. floſculoſi, fertiles. Pet. involuta. Fruct. ovato-acuminat. 5-coſtatus, coſtis ſubalatis, non roſtratus.

423. *Angelica*. Fl. floſculoſi, fertiles. Umbellul. globoſæ. Pet. incurva. Fruct. ſubrotund. angulatus, ſolidus, alis 2, membranaceis.

425. *Siſon*. Involucra pauciſol. ſub 4-phyll. Fl. floſculoſi, fertil. Pet. cordata. Fruct. parvus, ovali-oblon. Sem. ſubtiliter ſtriata. *Carum*, *Bunium*, & *Siſon adfinia ſunt genera, ut ægre diſtingui poſſint.*

Involucris tantum partialibus.

431. *Æthuſa*. Involucc. dimidiata, 3-phyll. pendula. Fl. ſubrad. fertil. Fruct. ſubrotund. Sem. ovatum, intus planum, maxime gibbum, 5-coſtatum.

432. *Coriandrum*. Fl. ſubgloboſi. Involuc. univerſale 1-phyll. Involucc. dimidiata. Fl. radiati. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſphæricus, aut didymus.

433. *Scandix*. Cor. radiata. Pet. emarginata. Floſc. diſci ſæpius maſculi Fruct. ſubulati.

434. *Chærophyllum*. Involucc. 5-phill. reflexa, concava. Fl. floſcul. Pet. inflexo-cordata. Fruct. oblong. lævis.

429. *Phellandrium*. Cor. radiata. Pet. cordiform. Fruct. ovatus, lævis, obiter 5-ſtriatus, coronatus cal. & piſtil.

435. *Imperatoria*. Umbella expanſo-plana. Fl. floſcul. fertil. Pet. inflexo-emarginata. Fruct. ſubrotund. compreſſus, medio gibbus, margine cinctus.

436. *Seſeli*. Umbellæ globoſæ, rigidulæ. Involuc. univerſale foliol. uno, alterove. Partiale polyphyll. Fl. floſcul. fertil. Pet. cordata, reflexa. Fruct. ſubrotund. aut ovatus. Sem. ovatum, acuminat. intus planum, gibbum, 5-coſtatum.

430. *Cicuta*. Fl. floſcul. fertil. Pet. planiuſcula Fruct. ſubovatus, ſulcatus.

* *Bupleurum rotundifol.* * *Apium*.

Petroſelinum, & *Aniſum*.

Involucro nullo.

439. *Smyrnium*. Involuc. nulla. Fl. floſcul. abortivi. Pet. acuminata. Fruct. magnus, ſubrotund. Sem. carinata, dorſo ſubrotunda, & tribus coſtis obtuſis, & veluti funiculis percurto; interiore facie veluti triangulari; neque idcirco tota plana, & contigua.

441. *Carum*. Fl. floſcul. abortivi. Pet. carinata, inflexo-emargin. Fruct. ovat-oblong. ſtriatus. Sem. intus plana.

437. *Thapſia*. Fl. floſcul. fertil. Pet. lanceol. integra. Fruct. oblong. membrana cinctus, quæ ſupra, & intra ampliter truncata eſt, & emarginata.

438. *Paſtinaca*. Fl. floſcul. fertil. Pet. involuta, integra. Fruct. elliptic. compreſſo-planus, ſtriatus, vix emarginatus.

440. *Anethum*. Fl. floſcul. fertil. Pet. involuta, integra. Fruct. ſubovat. compreſſus, ſtriatus,

445. *Ægopodium*. Fl. exter. inæqual. inter. æqual. Pet. profunde cordata. Sem. magna, oblong. convexa, profunde ſtriata, nuda.

444. *Apium*. Involuc. 1-phyll. vel 0. Fl. floſcul. fertil. Pet. inflexa, integra. Fruct. minimus, ſubrot. Sem. ovatum, intus planum, dorſo tenuiſſime ſtriato.

442. *Pimpinella*. Fl. ſubradiati, fertil. Umbel. ante efflorescentiam nutantes. Pet. cordata. Fruct. ſubrotund. aut ſubovatus. Sem. intus plana, pauliſper acumin. dorſo gibbo, tricoſtato.

443. *Cuſſonia*. Pet. trigona. Margo receptac. dilatatus in calyc. 5-dent.

TRIGYNIA.

Fl. ſuperi.

448. *Viburnum*. Cal. 5-dent. ſuperus. Cor. campanul. 5-fid. Bacca 1-ſper.

450. *Sambucus*. Cal. 5-fid. Cor. rotata, concava, 5-fid. Bacca 2-3-ſper. Fol. pinnata. Fl. in noſtris cymoſi.

Fl. inferi.

446. *Semecarpus*. Cor. 5-pet. Drupa cordata, celluloſa, 1-ſper.

447. *Rhus*. Cal. 5-part. Pet. 5. Bacca coriacea, 1-ſper.

449. *Caſſine*. Cal. 5-part. Cor. 5-pet. Bacca 3-ſperm.

451. *Spathelia*. Cal. 5-phyll. Cor. 5-pet. Filam. baſi dent. Capſ. 3-gona, 3-locul. Sem. ſolitar.

452. *Staphylea*. Cal. concavus, 5-fid. marceſcens. Pet. 5, elliptica. Styli 2-3. Capſ. veſicæform. membranacea, 3-locul. Sem. globoſa, cicatrizata, oſſea.

453. *Tamarix*. Cal. campanul. 5-part. Pet. 5. Stam. etiam 10. Capſ. 3-valv. 1-locul. Sem. pappoſa.

460. *Drypis*. Cal. 5-dent. Pet. 5, coronata. Capſ. circumſciſſa, 1-ſper.

